strepitū reddi uerius dixeris. Nā & pectines quotiēs per summa humoris nitibūdi ferūt:quod uolita-  
re dicūt stridere sentiūt:atq; etiā marina hīrūdines:quæ sublimes uolitāt: haub quaquā mare atti-  
gentes. Sūt enim iis pēnæ latæ & lōgæ:ut igitur per uolatū auium strepitus quē alæ excutit: nullū uox  
est:ita nec eiusmodi sonorū aliquis uox iure appelletur. Delphinus itē stridet:ac murit effterit se iei-  
re: sed nō quēadmodū:ea quæ superius enumerauit:hic enī & pulmonē & arteriā haber:prōideq; nō nihil  
uocis potest promouere:lingua tamen libera absoluata quæ caret:& labris quibus uocis aliquē possit ar-  
ticulū afformare. At uero quæ & linguam habet & pulmonem si quadrupedes:aut omnino pedestres  
ouipare sunt uocem quidem emitunt:sed exilem:& alia longum sibilum ædunt:ut serpentes: alia ab-  
rūtum & perexiguū:ut testudines:alia uocem exilem atq; imbecillum. Ranis lingua sui generis est:ps  
enim prima quæ cæteris absoluata est:is cohæret:modo quo tota fere piscium: intima uero absoluata  
ad guttur applicatur:qua suauem uocem solent emittere. Et quidem genus illud ululatus quam olo-  
figinem nominant mares intra aquam reddunt:ut cieant ad coitum foeminas. Sunt enim singu-  
lis animalium uoces propriæ ad initium & uenereum coitum: ut & subibus:& capris & oibuis. Re-  
dunt ranæ suam oloiginem illam: maxillæ inferioris labro demissō pari libra. Cum aqua mo-  
dice recepta in fauces: superioreq; intenta flagrant tantisper: oculi modo lucernā cum sinus bucca-  
rum maxillis distētis interloqueat. Coitum enim noctū magna ex parte agere uisuntur. Genus auium  
uocem mittere potest:utq; præcipue facultas cōsciendæ locutionis:quibus lingua mediocriter lata uel  
tenuis:mares ac foeminae partim uocem reddunt eandē partim diuersam. Garulae linguaq; resq; sunt  
auium minores:& circa coitum maxime talem effici unamquamq; aeuem moris est:aliis iis pugna uox:  
ut coturnicibus:aliis ante pugnam:ut perdicibus:dum suos aduerarios prouocat. Aliis cum uicere ut  
gallinaceis. Canunt item nōnulli mares perinde ut suæ foeminae:sicut in lusciniarum genere patet. Fo-  
mina tamen cessat canu cum icubat pullos quæ educat. Sed in nōnullis generibus cantus maribus tā-  
tum datus est:ut gallinaceis:ut coturnicibus. Quadrupedum autem genus:quod animal procreat:uo-  
cem uarie mitit:neq; est quod loqui possit:sed proprium id hominis est. Quibus enim locutio: iis ēt  
uox. At quibus uox non iis omnibus & locutio est. Qui furdi iam idē ab ortu naturæ sunt: idēm etiā  
muri:uocem ergo emittere possunt:locutionem autem nullāpuerit ut cætera sua membra cōtinere ac  
regere:nequeunt. Sic ēt linguae sunt ipotentes:& quidē iperfecti & serius lingua absoluunt:itq; ma-  
gna ex parte balbutit:totq; lingua snat:differt:ut uoces tū ēt locutiones:tractus ratōe & regiōs. Vox  
igitur acuminē grauitateq; maxime notescit:neq; species discrepāt generis eiusdē. At uox explanata quā  
est:quasi locutionē:uel brutorū dixeris:differt & cæterorum animaliū:& eoz quæ genere codē conti-  
nentur:loci ratione uerbi gratia. Perdicum alii caccabānt:alii stridēt. Et auicularum nōnullæ haud uo-  
cem eadēmittunt quam sui parētes:si prærepte paterna caruerint educatione:moribusq; & cāribus  
cæterarum auium influeuerint. Iam uero lusciniā modulos suos pullos docere uerlusq;:quos imitaren-  
tur tradere uifa est:ut pote cum non perinde locutio:ut uox per naturam proueniret. Sed acquiri pos-  
set per disciplinam & studium:unde homines quog locutione utuntur uaria:cum uocem omnes redi-  
cant eandem. Elephanti circa nares ipso uocem elidit spirabundam: quemadmodū cum homo  
simil & spiritum reddit & loquitur. At per nares similes tubarum raucitati sonat.

De somno & uigilia aīlīum:multaq; p̄ter hominem aīlīa somniare. CAP. X.

E somno & uigilia animantium nulla quæstionis obscuritas est. Nā omnia pedestria & præ-  
dita sanguine dormire ac uigilare sensu ipso percipiuntur. Quibus enim palpebræ adiuncte  
sunt cōnuendo obdormiunt:Item somniare non solum homines:sed etiam equi & canes  
& boves palam est. Atq; etiā oues & capras:deniq; genus omne quadrupedum:idēq; aīa/  
its hoc secundum:declarant id canes suo latratu quem per quietē agunt:quāquam de iis quæ oua pariunt

## DE NATURA ANIMALIVM

incertum hoc est: Sed dormire ea: item certum. Aquatilium quoq; somnis appetat: ut piscium: molylum: & crusta opertorum: locustarum inquam & ceterorum generis eiusdem. Sunt autem isthac oia somno exiguo contenta: dormire tamen uidentur. Argumentum uero quāuis nullum deduci ab oculis potest: quia palpebris carent ipsa tamen quiete cernuntur placida ceu soporata. Pisces enim uel manu facile caperent dum dormiunt nisi pediculus & puliculus appellatis sollicitarentur. Nūc uero in somno dati imponerent nocte ab innumeris multitudine illarum bestiarum occupati absumuntur. Gignuntur hæc in profundo maris tata fecunditate: ut etiam escam de pisce emolitam si diu in uno mäserit: totam corrodant atq; absumant: & quidem sapientiis pectoris efcā demissam glomeratis undiq; his bestiis: peride ut pilâ recipit. Sed enim pisces dormire arguitur: ut portio huiuscemodi arbitrii licet. Saepius enim pectoris adoribus pisces usq; adeo lateri: ut possit etiam manu tollere: aut certe fascina nullo indice sensu ferire. Quiescant tantisper ex toto neq; parte alia quam cauda leuite mouens. Constat hoc idem uel ipso impetu: quem faciunt: si dum quiescant motum aliqd fuerit. Expauentes enim uel somno exturbati feruntur. Quinetia in petris stabulantes capiuntur uidelicet propter somnum: & saepe thunnari circu retinunt Thunnos dormientes. Quod argumento cōstat: quia admodum quiescentes leuiteq; pädetes albida ocolorum capiantur: noctu potius quam interdiu dormiunt: ita somni: ut ne facta quidem fascina moueantur: & magna ex parte uel ad arenam: uel ad terram uel ad lapides aliquem procumbentes quiescant imis gurgitibus uel sub faxo: aut lituo abditi. Plani autē pesciū arena sece occultant: deprehenduntur sicut ipsius arena: tolluntq; fascina percussi: lupi quoq; & auratae & mugiles: & id genus alii fascina interdiu sapientiis dormientes capiuntur: alioquin ex iis nullus fascina posse capi existimatur. Cartilaginea uero ita iterdum dormiunt: ut uel manu tollatur. Nam Delphini Balenæ & quecumq; fistulam gerunt: ædita per summa æquoris fistula dormiunt: qua etiā spirant: pinnas suas mouendo leuite. Nam Delphinum stertentem etiam nonnulli audire. Mollia quoque ad morem similem dormiunt: ut pisces: nec secus quæ crusta operiuntur. Infecta etiam animalia dormire argumentum: q; requiem capiunt motuq; omni procul dubio cessant: quod præcipue patet in apibus. Quiescant enim nocte & contineantur: ut nullus omnino bombus sentiat. Constat hoc idem uel argumento eoru: quæ maxime in conspectu nostro: & intra nostros parietes uersantur. Non enim modo quia clare non uideant: sic circa noctu quiescant. (Nam omnia quibus oculi duri exiliter uidentur. Sed etiam ad lucernarum lucem nihilominus quiescere uidentur. Homo maxime animalia somniat: adiutis nuper in luce & infantibus adhuc nullum penitus contrahitur somnium: sed plurimis anno circiter quarto aut quinto ætatis uisa incipiunt: produntur tamen & uiri & mulieres qui nunquā quicq; somniariunt. Quorum nonnullis in processu ætatis accidit: ut uiso somnio: mutarentur habitu sui corporis uel in mortem: uel in morbum de sensu: de uigilia: de somno: res ita se habet.

De sexu masculino foemino in eo: ut in animantibus differentiis. CAP. XI.

**S**exus autem masculinus foemino in uis: non in omnibus animalibus est. Sunt inquis quibus id desit: ac similitudine quadam & parere dicantur: & ferre uterum: sexus ergo discrimen in animalibus quæ uitam stabilem uiuunt: aut omnino in iis quæ testa integuntur nullu oī no est. At in mollibus & crusta opertis mas habetur: & foemina. In pedestribus quoq; tum bipedibus: tum quadrupedibus sexus uterq; est: atq; etiam in iis quæ animalia pro coitum generant: aut ouum aut uermen. Ceteris igitur in generibus simplici rationis modo: aut est: aut deest. Verbi causa ut in quadrupedibus omnibus: alterum mas: alterum foemina est. Sic in testa optis sexus deest: discrimen sed quemadmodum in genere stirpium aliae fructum ferunt: aliae sterilem fortunt naturam. Ita et in iis est. At uero in genere infectorum & piscium: sunt quæ omnino sexus hoc discrimen alterutram in partem non habeant. Nam anguilla: neq; mas: neq; foemina est: neq; prolem ex se aliquam potest procreare. Sed qui eam capillamentis & lumbricis quadam simili interdum adnexa sibi gerentem uidit se aiunt inconsiderate id asserunt: antequam aduerterant: qua parte illa geratur: Neq; enim aliiquid eiusmodi est: quod animal creet: nisi prius generari: ouum: quod in nulla anguilla uisum est. Et quæ aial gignunt suo in utero foetum continent: non in uentriculo. Ita enim non se eus quam cibus concoqueretur primordia geniturer. Quam autem differentiam maris & foeminae anguilæ notarunt. s. altera casus habere amplius atq; oblongius: alteram hoc est foeminam repandit: hæc non maris as foemina differentia est: sed generis: sunt enim piscium nonnulli epitragi ab hirci sterilitate appellati: quo in genere carini & balagri ex amnicis annotantur: qui nec ouu nec lemell illi prolixi unquam habeant: sed qui solidiores pinguioresq; in eo genere sunt: iis intellectu paruu est: & lauis præcipua in pastu: Ad hæc in testaceis atq; in stirpibus: quod pariat & generis est: quod autē maris fungatur officio deest. Sic etiam inter pisces genus passerum est: & rubellionum & hiatulæ: oua enim in iis omnibus reperiuntur: sed in pedestribus sanguineis non ouiparisi: maxima ex parte maiores logiori: utræ sunt mares quam foeminae: præterquæ in genere mulog: eius enim foeminae & maiores sunt & uiuaciore: quæ mares. At in iis quæ aut ouu pariat: ut pescibus atq; infectis foeminae maiores suis maribus equadunt: ut serpentes: phallangia: stelliones ranæ: & inter pisces pusilli cartilaginei generis: & pars plurima gregaliu & genus omne saxatile: Foeminas autem piscium maribus esse uiuaciores constato: & foeminae uerustiores q; mares capiuntur. Partes superiores priori: in quoq; aial genere maribus sunt potiores: ualidiores & aptiores. Quæ autē dicti possunt inferiores: posteriore: q; eas foeminae habet robustiores: tū in hoib; tū i ceteris aialibus oībus q; pedestria sunt atq; aial generant. Quod tamen oīno dixerim fœ-

minæ neruor atq; infirmior est:pilū etiā habet tenuiorē q̄ mas:aut quo uice pilī ad proportionē habe-  
ri natura statuerat. Caro quoq; humidiōr est fœmīā q̄ maris:& genu planiora & crura tenuiora. Sed  
pedes elegantiōres:ūdilec̄t quocunq; in genere hæ partes habentur:ux item fœminis oibus tenuior  
& acutior:boue excepto:bubus & enim fœminis uox grauior:quam maribus ē. Partes autem quas ue-  
lut arma natura animalibus dedit:ut dentes:cornua:calcaria:& cætera generis eiusdem:ea certe in nō-  
nullis generibus omnino ut mares habent:sic fœminæ non habent:uelut generis ceruini fœmina cor-  
niuum inops mutilaq; est:& auium nōnullarum:quibus data calcaria sunt:fœminæ omnino iis carent  
pari modo ut fues:fœminæ dentibus uacant exerts. At in nōnullis generibus sunt quidem hæc sexui  
utrigi:sed maribus potiora:ut cornua tauris robustiora quam uaccis.

## ARISTOTELIS STAGIRITAE DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER QVINTVS INTERPRETE THEODORO.

Omnium animantium generis partitio.

CAP. I.



XPOSVI Partes animalium Omnium:tum īteriores:tum exteriōres atq; etiam de sen-  
tibus:de uoce:de somno:& que fœminæ marefue sint:satis iam explicati existimo. Re-  
stat ut eorūdem generationes persequamur:exorsiq; item a primis ordine apto & com-  
modo differamus. Sunt porro generationes animalium multæ ac uariae:partim diffimi-  
les partim quodāmodo similes:sed cum genera ante:ut res exigit: digesserimus: nunc  
quoq; eodem modo tractare temptemus:praterquam q̄ initium tunc ab homine: cū  
de partibus ageremus sumendum censuimus Nunc de eo nouissime differere placet quoniā plurima  
ipſe de fe afferat explicanda. Ergo ordinem ab iis est que testa integruntur mox de iis que crusta am-  
bit agendū:& reliqua deinceps ad hunc modū expounda sunt:hoē eff mollia:& infecta: deinde Piscū  
genus duplex ouiparū dico:atq; uiuiparū:tum auīū genū:ad postremū de pedestri dicēdū est. Quod  
in genere. Queā aīal generent:queā oua pariant:prætermittenda non sunt:euenit ut cōmune aīalia cū  
stirpibus habeant:quod alia fœminea līa sponte naturæ oriātur:ut enim stirpes:aut fœmine stirpium  
aliag; proueniunt:aut sponte erumpunt primordio quodā contrafacto ad ortū idoneo:queā alia ex ter-  
ra aliumentū sibi hauiunt:alīa in stirpibus aliis & nasci & augeri solent:ut in libris de stirpibus siue  
plantis exposuimus:sic animalia naſcialia ex animalibus solent per formæ cognitionē:alīa sponte nul-  
lo cognitionis fœmine antecedente creatur quoq; alia humo aut stirpe putrescente consistunt: ut cō/  
plura infecta generantur:alīa in alīibus ipſis excrementisq; partum dignuntur. Queā igitur nisi sui co-  
gnati fœmine nunquam procreat:iiis omnibus ortis per coitum est:dūmodo sexus discrimē id ha-  
beant:quod mārem ac fœminam describere potest. Nam in pīscīū genere nōnulla nec mares:nec fœ-  
minæ dignuntur:queā licet genus idem cum aliis fortiantur:tamen specie differunt: Quædam etiam  
sui generis omnino consistunt nec deīunt que mare uidua:sexu uno fœmineo formentur:queā perin-  
de ut aues pariunt:queā uento oua concipiunt:quibus ab argomento cōceptus nomine hypenemē q̄si  
subuentanea inditum est. Verum ea queā aues concipiunt oua sunt infuscunda:ita enim eorum natura  
nihil ultra ouum creare potest nisi quo alio modo maris opera contingat. Sed de his diligentius post  
differemus:pīscīū uero nonnullis cū spontina adiderint oua:euenit ut ex iis animal progenetur. Sed  
alīa ex se ipsa id faciunt:alīa non sine opera maris:ut de his quoq; sequente disputatio cōmentabitur  
planius:simile enim fere & in genere auīū existit. Queā autem per se uel in aīali:uel in teria:uel i stirpe:  
uel etiā in eorum ipsorum partibus creatur:eadēq; maris ac fœminæ sexu distincta sunt:iiis coeunt/  
bus:gignitur quidem aliiquid:sed ex quo nihil amplius gigni possit:uerbi gratia coitu pediculog:le-  
nes dīcte:procreantur:mulcarum uermiculog:Pūlīcum genus uermiculog:oui speciem referens: ex q/  
bus nec eaque generant proueniunt nec aliud ullū aīal. Sed id quod sunt fordes tātū persistit. Primū  
igitur de iis quaē solent coire dicendum est:mox de cæteris ex ordine queā uel singulatim uel ex com-  
muni accidenti ratione exponemus.

Quomodo quoq; animalia generatim coeant.

CAP. II.

Oitis nec similes omnium sunt:nec similem in modum aguntur:queā enim ex sanguineis  
pedestrī uiuipara sunt:eoq; omnibus masculis datū qđē est mēbrū ad officiū generationis  
aptū:ueg; nō oīa simili modo cōiunguntur:Sed queā rāetro urinam mittit:auerla coeunt: ut  
Leones.Lepores:linces:lepoq; etiam fœmina sāpenumero mārem prior superuenit:Cæte-  
rorum magna ex parte modus coeundi idem est:plurimæ enim quadrupedes more coeunt iusto fœmi-  
nam scilicet mare supergrediēt:Genus quoq; auīū omne eodē illo ac simplici more cōiungit.  
Differē-  
tias autē uel in aliis has annotamus:ut:ut alīa fœmina cōsidente humi māre:superuenient coeant:ut  
gallinae:alīa nō cōsidente fœmina sed stāte:ut grues:& queā ita coeunt:rem q̄ celetrime peragunt: mas  
enim superflīs cito ut passeres perfici:quadrupedū urlā demissiū cruribus quēadmodū cætera que  
pedibus initēdo exercit uenerē:admota pte maris supīa:addorsum fœminē coeūt:hærinaceis coitus ere  
ētis pībus:supīnis hæretibūs sibi aduerſis. Interēa q̄ aīal generat augētūq; magnitudie ifsigni:nece  
uæ mares suos patiūē:nisi raro:nec uacae tauros pp̄ rigore gēitalis nūmīq; tētigīnē. Sed clunib; subsidi-  
tibus fœmē ſcipiūt gēitale:ſic i ceruis māluetis fieri uifūm ē:upi eodē coeūt mō:quo canes:ſeles nō pte

## DE NATVRA ANIMALIVM

poteſteriore ſe iūgūt. Sed mas ſtat: foemina ſubiacet. Sunt porro in eo genere foeminae ipſae natura libi dinoſ & falaces itaq; mares ad coitū ipſae frequentes alliuent: inuitat: cogunt: punit ut etiā niſi pareat. Camelī ſedente foemina coeunt: nec auerſi ſed cōpleteſte mare ut catere quadrupedes agunt: & coitū totū die exercent: petunt recessum ſolitudines: cum libet coire: nec aliquis ea potest tuto accedere: præterquā paſtor armenti. Genitale camelis neruo ita conſtat ut uel ex eo cōſici poſſit quo arcus fidiflame intendantur. Elephanti etiā ſolitudines petunt coitū. Sed præcipue fecus flumina & qua paſci conſeruerunt. Subſidit foemina clunibusq; ſubmiſſis: inſiſtit pedibus ac ininititur. Mas ſuperueniens comprimit atq; ita muñere uenero fungitur. Virtuſ marini modo animalium retro mingentium coeunt: & diu ligati in coitu cohærent ut canes: genitale his maribus grande eſt.

Quomodo quadrupeda ouipara coeant.

CAP. III.



Vinetiam pedestrīum quadrupedes quae oua pariunt: eodem coeūt modo: quo ea quæ animal generant: mare ſuperuenient: ut teſtudo tam aquatilis q̄ terrefr̄is: habent uero in quod meatus contingent & quod per coitum adhærent: ut rana & reliqua generis eiusdem.



De coitu eorum quæ pedibus carent longoq; ſunt corpore. i. ferpetium. CAP. IIII.

Væ autē pedibus carent & longo ſunt corpore: ut ſerpentes: ut muſenæ: iis coitus circumplexu mutuo ſupinārū partium agitur & quidē ſerpētes ita circuolūt sibi ipſa cohārēt ut unius ſerpentis bicipitis corpus totū eſſe uideatur: hoc eodē modo lacertæ: etiam genus complexu ſimili coit.

De coitu pīſcī.

CAP. V.

**P**īſces omnes exceptis planis cartilaginei generis admotis inuiſe partibus ſupinis copulanſ: plani autem eius generis idemq; habentes caudam: ut rāia: paſtinaca: & reliqua huiuscemo di: non ſolum admotis ſupinis fed etiam tergo foeminarum ſupinis mariū ſuperpositis: mo di cauda impedimentō nullo ob cratiſſitudinem ſit: coeunt. At ſquatina & quibuscū plenior cauda eſti: is attritus mutuo tantum partum ſupinārum coitus agitur. Sunt qui ſe uidiſſe coſfirmēt nō nulla ex cartilagineis auerſa modo canum terrefr̄iū cohārere: foemina ī ſe cartilagineo genere maior q̄ mas eſt: quod idē fere uel in cæteris generibus pīſci eſſe coſtaſt. Cartilaginea uero præter ea quæ enuerauium ſunt bos: lamia. Aquila: Torpedo: rana: oēḡ genus muſteloḡ. Sed oīa cartilaginea hunc in modū coire apertius notatū a pluribus eſt: moratū enim in coitū diutius oīa quæ animal generat: q̄ quæ oua. Delphinis quoq; oīa cætrio generi hīc idē modus eſt coeundi: planis enī admotis partibus agit: nec pagi multumq; téporis ſed mediocre in coitu ipſo conſumunt. Differunt nōnulli mares cartilaginei generis a suis foeminiſi: oīa ſuibus bina quedā circa excremētū oītū ſedent: quibus foeminae careat: per pīſci ſe generis muſtelorū poterit in hiſ enim quod dixi oībus eſt: Testes igitur ne pīſces habēt: nec ullū aliud genus: quod careat pedibus. Sed binos meatus tū ſerpētes: tū etiā pīſces maſculi cōtinēt qui foetifico ſe miſmine cū coeūdi eſt tēpus iplentur: & laſteū omnes emittūt humorē. Colligunt hi ſe in unū caput quēadmodū in auī genere unitur quod ſubeat. Cōtinēt enim aues itū ſuos teſtes ac cætera aīalia quæ & pedes habēt: & oua pariūt. Hoc ergo inſerit atq; in loco & receptaculo tendit ſe. Pedestrībus uiuiparis idē meatus foris extat: & ſe minis: & excremētū humoris alter in tuſ meatus ducitur: ut dixi cū partū differentias explicarē. Sed quibus uefica deeft iis idē meatus ſicco etiā excremētū pertinet foris. Intulſq; alter iuxta habetur: quæ quidē ſimiſter tam in ſe minis eoz: q̄ in ſuibus ſunt. Carēt enim uefica præter testudines: quæ ſe minis ſingularem habent meatum ſicco ueficam obtineat. Sed teſtudo in eorum q̄ uā oua pariūt genere eſt. Pīſcī oua pariūtū coitus mi nus patet: quamobrem complures ſe minis prolificum maris uorando impleri crediderunt. Id enim fieri ſe pīſci cernitur: nam tempore coitus ſe minis mares ſequētes id faciūt: uētrēq; eoz ſuibus percutiūt roſtris: quod etiā ſit: ut mares ſe minis & celerius fundat & largiūt: tēpore autē partus mares ſe minis ſe quētes quæ ille oua adiderint: ipſi mordicus uoran: ipſices uero ex iis quæ remaſerint oriuntur. Circa Phœnicī pīſcī uel mutuo ſexuū aspectu capi accepimus: mugiles enim mares a pīſcatore ſubducuntur quoq; aspectu ſe minis cōgregātū: atq; ita obretiūt uerſaq; uice mares capiuntur ſubducūt ſe minis: ſed deuoratio illa ſe minis genitalis quia ſe pīſci cernit argumētū coitus talis emētitur. Faciūt hoc idē quadrupedes quoq; tēpore enim coitus nō nihil humoris ſuo genitali: tū mares: tū etiā ſe minis ſe emittūt: atq; admotis ad genitalia naribus odorātūr. Perdices ſi aduersae maribus ſterint: uētrēq; inde afflat ubi mares ſtant: concipiunt: & maritantur: plerumque etiam uoce mariū utero ingraueſunt: ſi geſtiunt ac libidine turgent: uolatu quoq; ſuperne mariū effici idem poreſt: uidelicet dum mas ipſe in ſe minis ſe ſtūcūm ſpiritum demittit: ore hiante exertaq; ligua & mares & ſe minis coeunt. At uerus pīſcī ouiparorum coitus raro cernitur: quoniam congreſſionē ſe minis ſe ſtūcūm digreſſio ſequatur: fieri tamen ita eorum coitū uifum eſt.

De coitu mollis generis pīſcī.

CAP. VI.



Ollia ut polypi: ſepia: lolligines: modo eodem omnia coeunt: oribus enim inuiſe admotis complexuq; mutuo brachiorū libidem explent: ergo polypis coitus cū alter capite uulgo appellato in terram uerſo: mitibundoḡ explicat: porrigitq; ſua brachia alter ſupuuenit paſſiſq; brachiis ſingulis ad ſingula ſubiacentis acetabulorum conceptu mutuo adhærēſit: Ma rem etiam nonnulli aiunt gerere: qđ genitalis ſpeciem referat ſuo brachio: in quo duo ampliſſima ace-

tabula habent: neruo id quasi cōstare porrectū ad mediū usq; brachium cōfirmant: totumq; nari sc̄ minæ annecti. Sepiæ ac lolligines ora applicatæ & brachia inter se cōpetentes: natantefq; in aduerfum coēt: nare ē dictam in nare inferunt: natatus alteri ante uersus: in os agit. Pariunt ea sui corporis parte quæ fistula dicitur: quæ & coire eas nōnulli arbitratū.

De coitu pīscium crusta opertorum.

 Enera crusta operta: ut locuta: Gāmari: squillæ: & huiusmodi reliqua: more quadrupedū retro mingentiu coēt: ut foemina caudā supinā exponat: mas suam supponat: & applicet: coire solet inētē uere iuxta terram. Iam, coitus oīum id genus exploratus est: iterdum ēt cum ficus maturescit coire icipiūt. Hoc eodē mō gāmari quoq; & Squillæ coēt. Cancri parte priore copulanū: sua opercula loculosa illa rugosaq; mutua cōsertione cōponentes. Primū cancer minor ab aero supuenire solet tū maior ubi ille supuenerit tertit in se latus. Nulla re differt foemina a mare: nisi q; operculū applicatæ illud amplius: & distatius & hirsutius foemina gerat: i quo oua paruit: & qua egerūt excremetū: mēbrū aut qd mas in foemina inserat: nullū oīo habet.

De coitu s̄ectori: quoque tpe uenereus stimulus magis aīalia quæq; excitet. CAP. VIII.

 Nſecta auerfa coēt: deinde quod minus ē supuenit maius: hoc est mas foemina: nec mas in foemina genitale ullū inserit membrū more aīalium cæterog: sed foemina sursum in maris receptum caudæ ultimū suæ meatum quendam præducens reflexit: qui i nōnullis māiori q; proportione totius corporis est uidetur: cū ipsa parua admodū sint. Sed sunt ēt i quibus minus incoeniens estimetur: planū hoc fuerit: si muscas coitu uenereo copulatas diuiseris: tardo ēt q; coiuerint: se iunguntur digressu: diu nang eoz copulatio durat: quod in iis quæ i nostro cōspectu uerlantur facile patet: uerbi causa in muscis: in scarabeis: omnia enim ad hunc modo coēt: uidelicet muscae. Scarabei: uerticilla: phalangia: & si quid aliud generis eiusdem coire solet. Phalangiis: quæ texūt: coitus agitur hoc modo: cum foemina deductam araneam traxerit: mas eadē mutuo trahit: quod ubi fæpius fecerint coēt: & auerfa clunibus copulantur: nā ppiter alii orbiculatam modus hic coniugendi iis congruit. Coitum oīum aīalium fieri hunc modū apertum est. Tēpora autem coitus de scripta & atates certas ad uenere singulis aīalium natura fixit & statuit: ergo plurimorū animantium natura uult quidem rem uenereum per id tempus cum hyemis cessante sauvita: æstatis clémentia ori tur: quod lane tps ueris est: quo plurima & uolatilia & pedestrīa & natantia ad coitum excitantur: sed sunt quæ per autunnū ēt & hyemē coēat: atq; pariat: ut nonnulla cū aquatiliū tū uolucrum genera. Ho mini maxime téporibus omnibus opportunus coitus est: atq; ēt plura alia pedestris generis: quæ cum homine uiuunt: coitum nullo tempore aspernatū: uidelicet propter teprē & pabuli ubertatem: quo rum tēpus ēt gerendū iteri breue est: ut suis: ut canis & uolucrum quæ fæpius pariant. Complura etiā educationi suorum partuum cōsulendū: nō nisi cōmodo tpe coēt. Stimulatur ad uenere mas hoīum magis tempore hyberno: foemina æstiuo. Genus aut aiūi ut dictū ē: parte plurima uere ac iūte æstate coit & parit: excepta alcyone: q; circa brumā parere solita ē: quāobrē quoties bruma serena existit: dies al cyoneæ appellantur. Septē ante brumā: & septē a bruma ut simonides quoq; suo carmine tradidit: ut cum per mensē hybernum iuppiter bis septē molitor dies tepris: clémentiam hāc temporis nutritiū sacram uarie & piētē alcyonis mortales dixerit: tranquillum uero tantisper tempus efficitur si ita euenerit: ut bruma austriā uergiliis aquiloniis fiat: septē primis diebus nīdum conficeri aeuem hāc fertur: reliquias septem parere educare: q; dies alcyonæas fieri circa brumam non semper nostris locis contingit. At i sūculo mari pene semper id euenerit: parit alcyonæas cīrciter quinq; oua.

Quæ animalia semel: quæ ueris pluries in anno pariant.

 Ergi & gauia saxis maritimis oua bina ternae pariant: sed gauia æstate: mergi a bruma inētē uere: & incubat cæterag: aīium more. Sed neutra eage aiūi condit. Oīum rarissimū uidissile adyonym est: fere enim circa uergiliag: occulum brumag: ipsam. appetat: & ubi pri mō p; portu nō plus tūc naūe circuularit: statim abit ut nusquā pterea uideat: quomō ste ficoz quoq; eius meminisse notū ē: lulcinia ēt parit æstate: qnq; aut sex oua: condit ab autuno usq; ad uernos dies. Infecta hyberno quoq; tpe coēt: & serenis austriñisq; diebus: nascūt ea q; se abdeūte nō solent: ut muscae: formicæ: Anfemel anno magna pars filiœluti aīaliū parit q; scilicet nō ut leporis supphœt: pisces plurimi ēt femel parit: ut ii quos fusaneos ex argumento cognominat: q; fusim retibus capiant: ut Thūni: limaria: mugiles. Spuriae: monedula: chromes: passeress: & reliq; generis eiusdem: exce pro lupo: hui enim soli ex eo genere partus bis anno exercet. Sed posterior ifsimior ē. Sarda quoq; & faxatiles bis: excepto mullo. Hic, n. solus ter parit: quod ex foeti ipso staturaq; intelligit: ter. n. aliquibus i locis partus appetat. Scorpio bis: & sargus uere ac autuno. Salpa femel autuno. Thūnus ēt femel: sed quo niam partē pīmature: partē fero pdūcat: hinc foetificare bis credit: adit primā partē circa mēsem decēbrem a bruma. Altera uere: differt mas Thūnus a foemina: eo qd foemina pinnula iuncta sub uentre est: aphareus nūcupata: quæ mari deest.

Quotiens: quibusue anni téporibus cartilaginea pareant.

CAP. X.

 Artigineorum: squatinia una bis partit: nam & incipiente autumno: & circa uergiliarum osculum: sed per autunnū foelicius. Singulis uero foeturis partus septeni aut octōni prouecniunt: nōnulli ex mustelorum genere bis mense putantur parere uidelicet qui stellarī appellātur: quod ideo uidetur quia oua eorum non simul perficiuntur: non defunt quæ omnibus

# DE NATVRA ANIMALIVM

anni tēporib⁹ pariāt ut murena: cuius partus & numerosior ē: & quæ p̄dierint ex paruo: celeri increasētō adolefūt: ut & equisēlis: nam eius ē partus de minimō i maximū celerimē augēt: sed murena oībus anni t̄pibus parit: equisēlis uere tātum: murus nō idē quod murena ē: q̄ppetē murena sit uaria arctifitior murus unicolor & robustus: colore lartici arbori similis: dentes et tam itus q̄ foris possidet Sexus discrimine peride ac in cāteris: uolūt ut alteḡ mas sit alteḡ foemina exeūt hāc in terra: & sāpe in ea capiunt: fit ut p̄fices oēs celeri icremēto perficiātur: sed p̄cipue graculus iter minora. Solet hic p̄are iuxta littora algos densisq̄ locis. Cernua ēt breui ex parto infligēt magnitudinē accipit. Limariae ac Thūni in pōto pariūt: nec uifp̄ia alibi: mugilis: auaracē: lupi: locis iis maxime adēt: qua flumia exeūt: Orcinae: scorpiones: & multa alia genera in alto foeticant.

Quibus mensibus p̄fices pariāt maiori ex parte:

**P**Ariūt p̄fices plurima uia parte mēsibus his tribus Martio Aprili: Maio: autūno pauci: ut salpa. Sargus & nōnulla alia generis eiusdē: paulo ante equinoctium. Adde his torpedinē: & equatinā. Sunt certe quæ uel per hyemē & statemue suos elidant partus ut dīctū ē: per hyemē lupus: mugilis: acus: per & statē mēse Junio Thūna circa solstitium parit: haec folliculo quiddā simile: in quo oua exigua multaq̄ cōsistunt: spargi & per & statem pariūt. Mugilis: laboneos: sagones: mucones: capitones grauescere uero mense decēbrū incipiūt: geritq̄ diebus tricenis Mugiles ali quos nō coitu: fed limo arenaue enasci cōstat: cōceptus iiḡ p̄ficiū magna ex parte uerno agitur tēpore: Sed tamēn quod dīctū est: & & statē & autūno & hyemē nōnulla coitu ip̄fient. Vege nec pariter oībus aut simpliciter aut generatim id euenit: nec plurimæ parti ut uerno tpe nec uerno cāteris illis t̄pibus tam numeroso partu foeticatur q̄ uere. Deniq̄ latere nō decet: ut stirpium & quadrupēdū animatiū generi plurimū itērēt ex regiōe: nō solū ad cāterā corporis foelicitatē: sed et ad coitu partūq̄ ampliorē: sic in p̄ficiū quoḡ ratiōe locis ipsiſ discriminē plurimū orīt: nō ad magnitudine tātum habuitq̄ uegetiōrem: uel ad coitū ē & partū: ut eadem alibi pluries generēt: alibi minus.

Molle genitū p̄ficiū uerno tpe patere: sepiā uero oībus āni t̄pibus.

**CAP. XI.**

**M**Ollia quoq̄ uerno tempore pariūt: & sepiā i primis: parit hāc omnibus anni temporibus: perseveratq̄ in edendo ouorum numero dies quindēcim: quotiens autem adēderit: mas euestigio sequens atramentum: ouis superinfundit: atq̄ ita efficitur ut solidefcant: in cedere conjugatiū solent. Mas uarius magis & foemina: dorfoq̄ attiro est. Polypus hyberno tem/ poie coitū uerno parit: latē circiter menses duos. Oūum ueluti circumadēt fructū populi: alba simile: per q̄ foecundum hoc animal est. Nam de eo quod adēderit: copia innumera prouenit: discrepat mas a foemina eo q̄ capite est producōre: & quod genitale p̄ficatorēs appellant: albido in brachio con/tinet: fouet polypus oua quae adēderit: quamobrem deterrimi tantisq̄ efficiuntur: haud enim pastū prodire patiuntur. Quinetiam purpurā uere generantur: & Buccine hyeme ab eunte: genus deniq̄ oē quod testa operitur uerno autumnalī tempore cernūt: ea quæ oua appellant: exceptis echinis cibō idoneis: quippe quibus & si per ea tempora p̄cipue ubertas ouorum elīt: tamen nullo tempore com-mittitur: ut ouis omnino careant: sed maxime pleniluniū diebusq̄ tepidis restituuntur: reduntq̄ plēniores: præterq̄ i quos p̄yeus fert euripus: nam illi hybernis mēsibus meliores sunt: parui quidē: sed pleni ouorum. Ad hāc umbilici pariter omnes: hoc eodem tempore sua oua habere iusuntur.

De Autūm foecura: & quotiens quibuslīc anni temporibus hyrundo: merula: columbæ & gallinæ pariant,

**CAP. XIII.**

**A**Vium siluestris ut dixi: semel magna ex parte coeunt atq̄ pariūt. Verū hyrundo bis parit: & merula: sed eius primi partus intereunt frigore hyberno: omnium nāc nātūm prima hāc parit: posteriore autem partum educat: & foeliciter ducit ad finē. At uero quæ aut ur. bana sunt: aut traduci possunt ad mores mitiores hāc sāpius generant: ut colubā: quæ tota ætate foecant Gallinæ etiā inēant & pariūt omnibus anni tēporibus: exceptis brumalibus diebus. Colubacei uero generis plures species sunt: ē. n. huia dicta a liuore: diuersum certa e colubā genus: q̄ppe quæ minor q̄ columba sit: & minus patiē mansuetice: liuet etiā plumbis: & pene nigricat & pedibus rubidis: scabrosq̄ est: q̄s ob res nullus id genus celare alit: maxio inter hāc genera corpore sunt palūbes secundū magnitudinē locū uinago optinet: paulo maior q̄ colubis ē minimū ex iis turtur ē: pariūt colubē oībus āni tēporibus: pullosq̄ aducant si locum apricum habeant & cibum: sin minus & statē tāmodo fecerit. Sed proles præstātor uere: q̄ autūno ēst: deterrima & statē & oīno tēpore calidiore.

De foecura uiuiparoḡ aīantūm & quo ætatis tpe icipiat quoque definat.

**CAP. XIV.**

Estate ēt differunt ad coitū aīaliū: primū enī magne eoz̄ parti semen nō simul scipit & ex cerni & posse generare: sed uis illa prolifica: postea accedit: nouelloḡ enim in oībus aīaliū generibus: prima emissio sēminis: aut infecunda: aut si foecūda sit: becilliōra tamē generat: & pauciora: quod potissimum i hominū & quadrupēdū animal gigñētium generēt atq̄ ēt in autūm patet: alterū. n. prolē pauciorē p̄creat: alteḡ oua adit pauciora: & etas uero accōmodata ad coitū: queq̄ suo i genere plurima ex parte ferre tēpus idē fortis: nisi quid præmaturet: & aut aliquā ob rem monitrosum: aut ex detrimēto naturæ & uitio anticipet: res igitur homini innotescit: tum uocis mutatione tum etiā testū non magnitudine tantum: uel & spēcie: quēadmodū māmīs ēt declaratur: sed & p̄cipue ortu pilosq̄ pubis. Semen autē ferre scipit circiter annos bis septē. Sed uim genitalē recipit circa annos ter septē. Cāteris aīaliūs denegata pubetas est: aliis. n. nulli omnino dati fūnt pili:

aliis supina ī parte nulli: aut pauciores q̄ i. pna. At uocē imutari nōnullis apertū ē. Aliis partes corporis aliae: quædā significat semē: iā initū uires plificas sibi trahere. Vox foemina magna ex parte acutior: & iunioribus quæ uerstioribus acutior ē. Nā ceruinī ē generis mares uocē grauiorē q̄ foeminæ mittūt: uox maribus ī hoc genere cū tēpus coeundi ē: foeminis āt cū metuerit: breuis uox foeminæ ē: maris productio. Canibus itē senescentibus uox grauior redditur: eorum etiam uoces differre palam est. Foemina. n. simil ac natu sunt: uocem exiguum mittūt ac tenuem: mares exiguum quidem: & ipsi: sed pleniorem tamē & grauiorem q̄ foeminæ: & i dies maiorem reddunt. Bimus cum est atq̄ inire icipit: uocem magnam grauiorē qua mas mittit: foemina maiorē q̄ ante & clariorē usq̄ ad uigēsum ē: etatis annum magna ex parte. Sed ab hoc tpe fbellicorē tam mares q̄ foeminæ reddunt. Magna igitur ex parte ut dixi: uox marinæ foeminarumq; differt: oq; mares grauius sonant q̄ foeminæ: quorum silicet uox aliqua cum productio emittitur. Verum non in omnium animalium genere ita agitur. Sunt enim in quibus & cōtrario situt ī bubis. Nā boum foemina grauiorē q̄ mas agit uocem: & uitulis grauior quā adultis perfecti: qui amoibz his castratis uox & contrario mutatur: transiunt enim quæ castrantur in foeminam. Tempora autem coitus: ad hūc modum per etates natura suis animalibus statuit. Oues & capræ anniculae coeunt: atq; utero ferunt. Sed capræ potius: mares quoq; in iis ipsis generibus eodē illo tempore ineunt sed proles differt: quatenus præstantior ea est: q̄ senescentes mares & foeminae procrearit. Sues tū mares tum foeminae coire incipiunt mense suæ etatis octauo: quāquā mas ante quam sit anniculus prolem generat uitoſam: foemina annicula parit: sic enim tempus gerendi uteri exigit. Sed non omnibus locis eadem etatis ratio ē: ut dixi: iam enim fuen nōnusquam tā mares q̄ foeminæ: quanto coeunt mense: sexto tamē ita ut uel progenerare & educare posint: nonnusquam apri mēse decimo inire incipiunt. Valentii coitu ad triennium. Canes tam mares q̄ foeminae āniculi magna qđem ex parte coeunt. Sed nonnūl uel mense octauo: quod magis foeminae euenit quā mari. Gerit uterū diebus sexaginta & uno aut duobus: aut ad summum tribus nec minus q̄ sexaginta diebus: quod si quid celerius prodierit educari ac perfici nequit. Cum peperit tursum sexto post mense nec prius coitu ipleatur. Equus inire tā mas q̄ foemina icipit biennis: ita ut ualeat procreare: ples tamen per id tēpus minor & imbecilior est. At uero (quod ex more plurimo agitur) in trimatu coeunt. Et proficiunt subinde in generando: ut proles præstantior ad usq; annos uiginti procreetur. Coeūt mares ad annos tricenos ternos: foeminae ad quadrigenos ita ut per totā sere uita coitum equis seruari eueniat. Viuit enī magna ex parte mas annos circiter quinq; & xxx. foemina plusquā quadraginta. lam & quinq; & sexaginta annos uixisse equum prodidit est. Afinis tā mas: q̄ foemina mense tricesimo coit. Sed magna ex parte nequeunt generare: uerum in bimatu aut trimatu & semis. Sed iam uel anniculam uentre gestissē aſel: lam aiunt ita ut quod pepererat educari ac perfici potuerit. Bos etiam annicula peperit: ut educari auerterī quantum genus exigere: licuerit: primordia generationis hog: animalium ita se habere perpenſum est. Homo mas ad annum usq; septuageſimum uidelicet termino ultimo potest generare: foemina ad quinquagesimum uerum id raro: paucis enim proles in eo etatis tempore procreata: & Sed magna ex parte maribus quintus & sexagesimus annus finis progenerati est: foeminae quintus & quadragesimus. Oues parere usq; ad annum octauum possunt: & si bene curentur uel in undecimū facultas pariēt protractur: & quidē fieri potest: etiam per totam fere uitam coeant: tā mares q̄ foeminae. Hirici pinguis minus foecūtū sunt: quoq; arguēto uites quoties per nimia alimēti copiam luxuriantes fructum nō ferūt: hircescere rufiſci dicūt. Verum cura extenuati adhibita efficiūt ut coeat: atq; pcreant. Arietes primū uerstiores foeminas ineunt: nouellas enim minus persequunt. Pariūt ut dixi iuniores pauciora: q̄ uerstiores. Apro ad trienium probitas coeudi edurat: uerstioribus proles deterior gignitur: nullus. n. præterea profeſus ei accedit: nulla uirū recreatio solet inire: pabulo satiatus: & cū alte ram nō subegerit: uel initus breuior agit: & foetus corpore minore creat. Paucissima sus adit pria partione: uiget secunda: nec senescentis: copia foetus deficit: q̄q; lentius coit: ubi uero qntūdecimū annū na- ta est: nō præterea generat: sed effeteratur. Si pinguet ocius & iuuenis & senescentis mouetur ad coitum: si grauidā ad modum pingueſcat: efficitur ut foeta minus habeat lactis. Proles quod ad etatē attinet optima est: cum uiget parētes: quod ad tempora præstiorē quæ hyemis initio gignitur: deterrima quæ etate quippe qua parua exiliis & per humida lit: mas si piguet iure oībus anni temporibus pōt: nec solū interdiu: sed et noctū aut certe matutino potissimum tempore senescentes aut minus subide agit: ut dictum est: ſepe qui uel per etatem: uel per ifſirmitatem ſuæ naturæ nequeat expedite coire: cum foemina impotē ſułmēdi maris ſefla clunes demittat: cubates: una cum foemina coeunt. Cōcipit ſepiuſ: cū pr̄ libidine gesti te pruriē auriculas flacidas demittat: aliter ſemen a uulua reſpuſ: relapsumq; euaneſcit. Canes nō per totam coeūt uitam: ſed usq; ad quēdam etatis uigorem: ad ános enim duodecim magna ex parte & coeūt & implētur. Vege iam aliquibus tum foeminiſ: tum maribus: uel annū octauū & decimū atq; ē: uigēsum natus facultas nō deficit: plifici coitus: nam his quoq; ſeneſtus uim gignerāt pariēdigi ut & cateris tollit. Camelus ab aurolo urinā reddit: ſed coit quēadmodū dictū iam est. Tempus coeūdi in terra Arabia: mēſe Septēbri: fert uētrem menses duodecim: parit ſingulos: uiui parum nāq; eft. Incipit & mas & foemina coire in trimatu foemina poſt partum uno iterpoſito anno coit. Elephantus foemina incipit coire anno aut duodecimo: cum celerrime aut qntodecimo: cum lenitissime: Mas quinq; aut ſex annos natus ſupuenit: inētē uere: coitum trienio interpoſito repetit. Quā grauidā reddit: eadē p̄terea tāgere nunq; patitur. Vterum biēnio gerit: parit ſingulos uiui parū nāq;

# DE NATVRA ANIMALIVM

est: foetum magnitudine bimestris aut trimestris uituli ædit: Coitum aſſalium quæ nō niſi coeūdo p̄ generent: ad hunc modum habere ſe intelligimus.

De iis quæ ſilicea integuntur teſta quæ coitus oīno expertes ſunt.

CAP. XV.

**M**ox de generatione eorum quæ uel coeant uel non coeant commentabitur: & primum de eis quæ ſiliceo tegmine operiūt: hoc enim unum fere genus totum expers coitus eſt. Purpurā uerno tempore: euendim in locum ſeſe colligentes condunt quā ſauaginem nominant: quæ uelut fauus eſt apum. Verum non ita elegās: ſed quāli e putaminibus cicerum alborum: multa inter ſe compofita ſtruem unam ſua cohæſione coagamentarint: nullum hiſ patet foramen: neq; ex iis purpurā enaſcunt ſed cum purpurā: tum ēt reliqua teſta incluſa e limo fere & materia pretreſte oriuntur: illa uero coagmentationi fauio ſimilis tanquā purgamētum: tam iis quā buccinis euuenit: nam buccinis quoq; fauificare in more eſt. Itaq; ne ea quidem quæ ex teſtaceis fauos ſaliuāt alio modo quam cætera teſta incluſa generantur. Verum melius atq; uberiori quoſtions praefunt quæ eiusdem ſunt generis: emittunt enim cum ſuos ordiuntur fauos muſronem quedam ex quo putamini: neq; cellulae illæ coniſtunt hæc ergo rupta diſtuffaſ oīa humore quem contingat: in terram dimittunt. Mox eo quo effuderint loco gignuntur purpurulae exordio admodum exiguo coniſtentes: quas ſibi annexas gerunt que grandes capiuntur: nonnullæ etiam forma nondum diſtinguiāt: cernuntur: ſi forte priuſquā pepererint capiantur: focutus interdum per crates & tegetes non qualibet elidunt: ſed cogredit: ut facere in mari ſolent: itaq; per anguſtam uelut uirū ſpecie foetus coſfirmatur: genera purpurā plura: & nōnullæ magnitudine augentur inſigni: ut quæ ad ſigēum & leſtum idem promotoria gignuntur. Aliæ paruae: ut quas euripus fert: & caria pelagiae magnæ ſcrabraciſ ſunt: quarum flos magna ex parte niger: ſed nōnullis rubidus puſillus: nōnullas ex magnis uel ad pretiū minis euadere nouimus. Parue ad littora & oras reperiuntur flore rubro: partes item aquiloniæ nigras: auſtrinae rufbras magna ex parte feruī: capiuntur tempore uerno: cum fauos extruunt. Caniculae tempore nulla ſeræ capiuntur: non enim tantisper paſcuntur: ſed ſe abſcondunt: & latent: florem ſuum iter papaueridū: & collum continent: textu ſpīſiore aspectu ueluti membranæ candiſtis: quam detrahūt: tincta hæc preſſa & iſſit manu pertinet eadem ſuo ſitu perinde ut uena: idq; floſ ille celebre putatur re liquo cōtextus quāli alumē eſt. Cum fauificat purpurā: tū deterrimum habet florem. Parues tundunt cum teſta: nō enim detrahere facile eſt: maiorum florem teſta ablata detrahunt: quābrem euēnit ut collum a papaueri separetur. Floſ enim poſtūs inter hæc eſt: ſupra eam partem quā uetrem appetiāt. Itaq; detracflore diuidiāt partes iſta necesse eſt. Dant operam ut uiuæ frāgātūr nam ſi priuſq; fregeris expirari: florem oīm cum uita euomūt: qua propter ſolent eis aſteruare in naſſis: dum ipſiſe colligat atq; requiescat. Veteres naſſam aſſe adiūctam demittere nō ſolebat: itaque ſaſe accidebat: ut purpura ſām extraſta decideret. At homines noſtre aetatis adiungunt naſſis: ne ſi decidat abſoluatur: quod tū potiſſimum eueniunt cum plena eſt: nam ſi inaniſ ſit: diſſicile ſe euellere poeteſt: hæc propria eueniūt purpuris. Buccinis eriam modus idem gignēdi: qui purpuris tempusque idem eſt operculum item oris idem tam huic utrinque generi adhæret natuum: quam cæteris turbinatis omnibus: paſci quoq; exerta lingua appellaſt ſub illo operculo ſolent: longior digito ligua: hæc purpuris eſt qua paſcitur: & tum conchulas: tum etiam ſui generis teſta perfore poeteſt. Tempus uiuendi & purpuris & buccinis longum. Annos enim circiter ſex purpurā uiuunt: & ſingulis annis incrementum earum patet per orbes: quibus totidem quo annos habent: teſta intorta cuniculatim in crepidinem definiſt. Miltuli etiam fauificare ſoliti ſunt. Oſtreis qua cænūm ibi origo coniſtit. Conchae: chamae ungues: peclines: locis arenofis ſui ortus initia capiūt. Pinnae erecta locis arenofis cænōſiſg: ex byſſo id eſt uillo ſue lana illa pinnali prouenient: quæ cuſtodiem intra ſe continent: aut ſquillam paruam: aut cancellum quoquidem cuſtodię priuatae perueni breui tempore. Teſtacea deniq; omnia ſponte naturæ in limo diuersa: pro differentiā limi oriuntur: nam in cænoso oſtreæ: in arenolo conchæ: & reliqua quæ modo enumerauit. Rimis caueriſ ſi que ſaxorum uertibula generantur: & glandes: & quæ per ſumma adhærent: ut patellæ: ut natices. Omnia id genus celeri incremento augentur: ſed priuipue purpure atque peclines: quippe que anno priuici poſſunt. Cancri colore albido: corpore ad modum parui: in nonnullis teſta operti generis naſſuntur: & plurimi quidem in mitulis foliatis: mox imprimis quos pinnoteſras uocant. Quinetiam in peclunculis atque oſtreis. Verum hi nullum conſpicuum capiunt incrementum: piſcatores cancros eiusmodi naſci confirmant: una cum illis: quorū teſta ſtūt inhabitant. Latente aliquamdiu in arena peclines: ſicut etiam purpuræ: naſcitur ergo concharū genus quemadmodū expoſitum eſt. Sed locis uariis: nam alia uadiſ: alia gurgite: alia duris locis: atq; aperis: alia arenofis: & alia ſedē mutantalia ſtabiliter degūt. Pinnae ex iis quæ ſedē nunq; mutare ſolēt radice finitum Vngues & cochæ nullā initeſe radice permanēt: euiliæ uiuere præterea nequeunt pinnae. Quæ ſtella uocat adeo natu‐ra calida eſt: ut oīa contacta protinus decoquat detrimēto etiam ſummo echinis euripi pyrrheni eadē eſſe confirmat: forma eius ſtellis q̄ pigiuntur ſimilis eſt. Quinetia qui pulmoneſ appellatur: ſponte pue niūt. Concha q̄ pictoribus uſui eſt: crassitudine plurimum excedit: & florē illum non intra teſtam: ſed foris haberet: comperti id genus locis caria: potiſſime nouimus. Cancelloſ illi cocharū hospes: principio ex terra limog; coſiſtit: mox conculas ingrediunt uacuas: ubi cum excreuerit: tranſit in cochanum ampliore uidelicet aut naticis aut turbinis: aut alicuius ſimilis: ſaſe ēt parua buccina ſubit: igreſſuſq; ampliore illa gerit: pari modo & uiuī in domicilio capaciore: rurſuſq; excreſcēs aliam petit ampliore.

De urticis & spongias genere: quoque modo gignantur.

**M**odus idem gignendi us etiam est quae nulla testa integuntur: ut urticis: & spongias: qui testa inclusis: per rimas enim & cauernas: & fauces faxorum ortuntur. Genus duplex urticarum est: aliae enim sinuosus adhæret quae nūquā a faxis absoluuntur: aliae plana & littora amat: quae sunt abiecte sedibus vagantur. Patellæ quoque absolu solent: alioque transire: nasci etiam in cubilibus spongiarum: nouimus: bestiolam aranei similem: nomen pinnotera mutuatem: degit hæc intra spongiarum cubilæ: & aperiendo: claudendog: pisciculos capit: aperit antequā ingrediatur claudit & contrahit cum ingressi sunt. Genus spongiarum triplex statuitur: nam aliae rarae: aliae spissæ: aliae q̄s nominatū achilleas. Tenuissimum genus id tertium & ipsissimum & validissimum est: quod galeis ore isq; inseritur: eoque minus cire strepitum posse notatum est: genus hoc inueni per quā rarum est. Quae autem in genere illo spissæ prædura sunt atque asperæ: nomine hirci nuncupatur: quae quidem omnes aut ad faxa nascuntur: aut iuxta litus lutoq; aluntur: cuius rei argumentum est q̄ captæ limo referata oēs cernuntur: quod certe indicat: catēris quoque adhaerentibus cibum per ipsum adnexum hauriri. Imbelli ciliiores propterea sunt spissæ q̄ rare: quia minus alto radicis haesū inmituntur. Sensum etiā spongiis esse aiunt: argumento qd̄ ad euſorū accessum contrahuntur. Ita ut euelli difficile sit: quod idem ē faciunt quotiens flatus tempestasq; urget: ne sua de sede pellantur. Sed sunt qui de hoc dubitent: ut qui toro nam incolunt. Narrant tamen proculdubio bestiolas quasdam: velut tineas lumbroscofæ & eiusmodi alias confistere intra spongias: atq; ali: quas & euſilis spongias pificili faxatiles deuorent: qui uel radices absument totas: quae inhærentes faxis remanerint. Si euenerit forte ut spongia abrumptatur: resi duo item renascitur & completur. Magnitudine amplissima solutæ illæ & rarae spongiæ augmentur plurimæ: quae circa lyciam sunt. Sed mollissimæ quae spissæ: nam achilleæ torosores iis cōstant: omnino quae altis trāquillisq; insunt gurgitibus mollissimæ sunt: flatus n.ac tempestates spongias quoq; ut cætera altilia reddunt diuiores: & incrementum sp̄diunt: quamobrem spongiæ hellepōti spissæ: ac dure fūnt: & omnino quas mare ultra maleam promontorium citraq; fert: differunt iter se mollitie duritateq; nec calorem immodicum sp̄gæ patiuntur: sit enim eo ut more pullulantium putrefcant: quo circa optime iuxta oras comperiuntur: spongiæ si gurgite alto demersæ sunt: com mode enim temperatur: propter altitudinem gurgitis. Color illotis uiuiscit nigricas est: adhæret nec parte: nec toto. Inter sunt enim fistulæ quædam inanes: sed pluribus paſſim particulis hæſitat: & quasi membrana extēta subesse radicibus earum uidetur: superne autem cæteri meatus concreti propemodū latent. At ue ro quaterni: aut quini patent per quos pafci existimantur. Genus item aliud est: quod nomē aphylas inde accepit: quia nunquam laetur quasi illotariam uoces: habet hoc ampleres illos meatus: sed relī quo toto corpore denūlū ē nihil tamē denius: q̄ quæ ante enumerauimus genera: quanq; lētius: & ex toto pulmoni similius cernitur. Sensum id genus habere diuq; uiuere iter oēs præcipue cōuenit: cognosci pre cæteris spongias eo facile potest documento: q̄cum ille albicēt limo subſidēt id ſemper nigrōrem ostēdit. Quod ad spongias & testatorum generationem pertinet res ita ſe habet.

De locustis & eorum partus tempore. De cæteris crusta opertis.

CAP. XVII.

**A**Sinus tū mas: tū fœmina tricelimo mense coire incipit eodēq; tēpore dentes mittit priorēs: secundos autē sexto mense atq; etiā tertios quartosq; eodē: gnomones hos quartos adiudicanda ætate nuncupantur. Sed uel annicula alina concepit: ut perfici proles ac adolescere posset: reicit semen a coitu: nisi interpelletur: quāobrem statī post coitum uerberant infelixantur: q; parit duodecimo mense: singulatim magna ex parte procreat prole: ea nang; natura est ut unū pariat. Sed nonnunquā gemellos etiā edit. Alinus quidē equi genitū corrumpit ut dictum est: equus alini minime: cum equa iā alini initu conceperit: lac grauidā habet mense decimo. A partu die se p̄ primo mari iungitur: eoque die iūcta maxime recipit initum: sed postmodum etiam patitur: solet hæc nisi priusquam gnomonem amittat peperit: nunquā postea initum recipere: parere uel in conspectu hominis uel in luce nolit: sed in tenebras ducitur cum parturit: si priusqua gnomonē dimisisset: peperit parere tota sua ætate potest: uita alinus amplior annis triginta & fœmina uiuacior mare est. Cum uel equus cum alina: uel alinus cum equa inierit: multo magis abortus consequitur: quā cum unigenite in ter se iungantur: uerbi gratia: equa cum equo: aut alina cum alino. Euenit etiam tempus gerendi uterū: cum equis cum alino coerit: maris norma. Id est ut quanto spatio tēporis mas perficitur suo in genere: tanto etiā foetus quē ipse procreat absoluitur. At magnitudine corporis specie: & uiribus magis fœminæ quā mari simile euadit: quod nascitur si frequenter coeant: neq; ullo interposito tēpore cessent: quae ita iunguntur: breui fœmina sterilescit. qua de causa non frequenter ita coniunguntur: qui curā huic adhibent rei: sed tempus aliquod interponunt. Non alinum equa ut alina equum recipit: nisi alinus sit: qui equam uixerit. Admitunt de industria quo hyppotelas uocant: ac si equimulgos cognomines qui in paſcuī modo equorum uiribus bonis superantes coeant.

De mulo & eius coitu & ætate.

CAP. XXIV.

**M**Vlū supuenire coireq; ictipit missis détibus primis: sed septenīs īplerē potest: èt cū equa coniūctus inuō p̄creauit: post deinde supuenire non solet: mula quoq; iā facta grauida ē: sed non quoad p̄sceret atq; æderet prole. In terra syria sup phœnicē mulæ & coeunt: & pariunt oēs:

# DE NATVRA ANIMALIVM

Sed id genus diuersum est:q̄q̄ simile:prodeūt quos ginnos uocant ex equa:cum in gerēdo utero egrauit more pumilionum in ordine hominum:aut porcorum deprauatorum in genere suum:quos postulos nuncupauit:& quidem ut pumilio:sic ginus modum suo genitali excedit.Vita mulis ad annos multos:iam quidam uel octogesimum annum potuit agere:ut Athenis cum templum edificaretur:q̄ quāuis dimisus iam munere per senectam.Cōmeans tamen ac obiens iumenta exortabatur ad opus:quoniam decreto a nemine eum arceri frumentorum aceris sancitum est:særius foemina senescit q̄ mas.Nonnulli foeminae profluvio urinæ purgari aiunt.Marem olfactu urinæ prius senescere:oritur eorum animalium talis est.

Inditium ætatis quadrupedum.

CAP. XXV.



Eatem dignosci quadrupedum confirmant:qui in earum cura sunt constituti:si cutis pretensa maxillis:detracta mox relaxata:illico in suum redeat locum:hoc enim inditium recentioris quadrupedis est:uetoris contra:si diutius rugata maneat cutis.

De utero & ætate camelii.

CAP. XXVI.



Amelus fert uterum menses decem:parit semper unum tantummodo:unipara nang est:separant problem a parente anniculam.Viuit diu:plus enim q̄ quinquaginta annos:parit in uere:& lac suum usq; eo seruat:quo iam conceperit:tum lac:tum caro camelii suauissima omnium est:bibitur eius lac ad unam mensuram duabus aut tribus aquæ admixtis.

De elephantoz coitu:deq; tempore quo uterū fert:& eorum pullis.

CAP. XXVII.



Lephantus tam mas q̄ foemina incipit coire anno ætatis uicefimo:ferendi uteri tempus alii annum & sex menses:alii triennium statuunt:causa quāobrem incertum hoc sit q; non patet coitus:parit enītes posterioribus curribus & subsidens cum dolore pullus æditus ore suggit:non promiscide:& statim cum natus est cernit & ambulat.

De coitu suum & eius tempore.

CAP. XXVIII.



Ves fere principio hyemis coeunt:ueri pariunt:petentes maxime in uia præputia angusta & opaca:mas cum foeminiis conuersari dies triginta magna ex parte solet.Numerus partus & tempus ferendi idem atq; in urbanis suis est.Vox etiam similis:sed foemina uocalior est:mas raro uocem emittit.Mares castrati maiores ferocioresq; euadunt:ut scite homerus singit:cum dicar.Nutrit exectum filius horrentibus aprum.Instar non bruti:sed dorſi mōtis opacis castratur:quod recentibus adhuc morbus pruriens incumbit in testes:quo atterentes eam partē ad arboreos testes extingunt.

De ceruorum coitu:partu:& natura.

CAP. XXIX.



Erua plurimum subfidens coit:ut dictum iam est:marem enim sustinere nō potest obeius contentissimum impetum:uerū tamen aliquando etiam sustinet:modo ouium & socias de clinant.Cum turgente iam uenere coitum appetunt.Mas non in eadem immorat:sed mutat breuiq; interposito tempore aliām atq; aliām superreditur.Coitus ab arcturo mēse Augusto & Septēbri implantur paucis diebus:& ab eodem multæ:pariunt magna ex parte unū:sed non nullæ etiam geminos peperisse perspectum est:parere iuxta uias maxime solent metu beluarum.Incrementum hinnuli celere purgatio cæteris temporibus nulla euenit ceruæ.Cum autem parit pituitoso quodā humore purgatur:ducere suū hinnulū ad stabula cōsuevit:quē locū sibi habet refugium:petra disrupta est uno adiuto:unde defendere se:repugnareq; solet iis qui inuadunt.Vita est quālonga hoc animal fertur:fed nihil certi ex iis quā narrantur uidemus:nec gestatio aut incrementū hinnuli ita euenit:quasi uita est p̄rælonga.Mōte asiae elapho nomine apud arginulam quo loco alcibiades mortem obiit.Cerue omnes scissa aure sunt quia nota uel alibi si loca mutariunt dignofuntur.Et quidem foetus iam inde a primo ortu in utero idem contrahit signum:quaterna ubera foemini ur uaccis.Cum mares impleuerint foeminas:separantur per se ipsi:& propter libidinis graueolentiam quicq; solitarius scrobes fodit:foent ut hirci:facies quoq; eorum nigrescit aspergine ut hircorum:degit ita quoq; hymber accedit.Tum pascua repetū:haec ideo ceruo accident:quia salax aīl suapte natura est:atq; etiā quia pingui abundat:piguefunt.n;estate supradomum:quāobrē nec currere quidē possunt:sed lecūdo aut tertio cursu capiuntur ab iis qui pedibus insectantur:fugiunt etiā in aquas propter estum atq; anhelitum.Caro eorum libidinis tempore uitiat & foetet:perinde quasi hyrcorum:hyeme itaq; extenuatur debilitatq; Vere autem uigent maxime ad cursum cum fugint:requiem intercurrēdum aliquā faciunt:confistenteq; manent:dum qui inseguuntur appropinquant.Tum fugam item artipiunt qđ ideo facere uidentur:quia interiora laborant:infectinum enim tam tenuē imbecilles habent ut etiam si legeri percussiferis possit rumpi cute aphuc integra.

De ursi coitu partu & pullis:deq; hystricis natura.

CAP. XXX.



Rsi coeunt ut dictum est non superuenientes:fed humi strati:fert uterum ursa dies tritiga.Parit tum unum:rum etiam duos.Sed cum plurimum quinque.Fœtum minimum p̄ sui corporis magnitudine ædit:quippe quæ minorem caro:maiorē mure parere soleat:nus dum item & cæcum curribus prope modum membrisq; aliis plurimis indiscretum & rudes:coit mense Februario:parit eo tempore quo latet:piguescit per id tempus tam mas q̄ foemina uehementer cum problem enutrit:exit a mense iam ueris tertio.Hystrix etiam latet:totidemq; diebus fert utero:& reliqua facit perinde ut ursa:grauidam capi ursam difficile est.

De partu leonum & pullorum numero:deg dentium mutatione. CAP. XXXI.  
 Eonen auersum coire:urinamq; retro reddere dictum iam est:coit & parit non omni tempore:singulis tamen annis uere parit:& magna ex parte geminos.Sed cum plurimos sex catus:nōn unquam etiam unum quod de leæna fertur:uulam cum partu emittere: delira fabula est:facta ex ea causa:quod rarum genus hoc animalis est:nec rationem cur ita eet:coz perire autor ille fabula poterat:rarum hoc enim est:neque multis nascit locis:sed europeæ totius:ea parte solum:que inter acheloum aminem:& nessum est:parit leæna quoq; adeo paruos:ut uix post secundum mensem incipient ingredi.Leones terræ syriæ quinque uita pariunt:primum quinq; post uno subinde pauciores:deinde steriles degunt:caret leæna iuba:maris hæc propria est:dentes eos tantummodo mutat leo:qui canini uocantur quattuor:duos supius:totidemq; inferius:id sexto mense ætatis fit.

De hyene natura meatibusq; genitalibus maris & foeminae.

CAP. XXXII.

 Yena colore lupi prope est.Sed hyrsuitor:& iuba per totū dorsum prædita ē.Quod autem de ea fertur:genitale simul & maris & foeminae eandem habere:conicetitum est: sed uirile similiter atq; in lupis & canibus habetur:quod uero foemineum esse uidetur:sub cauda postum est:figura simile genitalis foeminae:sed sine ullo meatu:sub hoc meatus excrementorum est:Quinetia foemina hyena præter suum.illud etiā simile ut mas habet sub cauda sine ullo meatu:a quo excrementorum meatus est:atq; sub eo genitale uerum continetur:uulam etiam hyena foemina:ut cæteræ huiuscmodi foeminae animantes habet.Sed raro hyena foemina capitur:iam iter undecim numero:unam tantum capisse uenator rettulit quidam.

De coitu & foetura leporum.

CAP. XXXIII.

 Epores auersi coeunt:ut expositum est:retro enim urinam reddunt.Coeut & pariuit quoq; tempore:duo utero ferunt superfoetant:& singulis mensibus generant .Sed foetus ædunt non uniueros:interpolitis enim diebus quot res tulerit peragunt partionem:habet foemina lac priusquam pariat:& a partu continuo repetit coitum:& lactans adhuc concipit foetu: lac suillo simile sua crastinum est:Partum non ut maior fidipedum pars cæcum aedit.

De coitu & partu uulpi.

CAP. XXXIIII.

 Vlpes superueniens coit:parit cæcos:ut ursa:atq; etiam informiores:parturiæ ita fecedit:ut raro graudu capiatur.Cum partum ædiderit:lingua lambendo refouet & concoquit:parit complurim os quattuor.

De partu loporum:foeli:Ichneumonis:lupi canarii:& lupi ceruarii. CAP. XXXV:

 Vpus fert & parit ut canis:ut tempore:ut etiam foetus numero:cacos etiam generata canis modo:coit uno tpe tantu:parit ineunte æstate fertur de eius partu ad fabulæ proxime lupos oës ita duodeci dies parere:cuius rei cám pferunt fabulosæ:quod latonâ oberratæ totidæ diebus ex hypboreis delu duxerit sub specie lupæ:pp metu lunonis.Sed an tps hoc pariedi sit:nō dū exploratæ habemus.Fertur qdē sic uulgo:sed ueg: minime esse uidetur:q; uel illud ferunt lupos semel i uita parere.Feles & Ichneumones tot numero pariunt quot canes:uefcunturq; eisdem:uiuūt circiter annos sex.Lupus ite canarius cacos parit:luorū ritu:numero cū plurim q; tñtor Quinetia lupus ceruarius coit ut canes ipletrur:& cacos generat numero duos aut tres aut quattuor:corpo longior:& cauda prorectior est:fed proceritate breuior:celeritate eque præstat:q;is crura ha beat breuiora:mollis enim & agilis est:profili reg longius ob eam rem potest.

De mulis quos terra syria fert.

CAP. XXXVI.

 Vnt in syria:quos mulos appellat:genus diuersum ab eo quod coitu equæ & asini procreatur:fed simile facie:quomodo asini siluestres:similitudine quadam nomine urbanorum accepere:& qdē ut asini illi fert:sic muli pñstæ celeritate.Procreat eiusmodi mula suo i genere: cuius rei arguméto illæ sūt:q; tpe pharnace patris pharnabazi i terrâ phrygiâ uenerunt:q; ad/huc extant:tres tamen ex nouem quot numero olim tuisse aiunt:seruantur hot tempore.

De natura & uariis generibus muriorum:deg pullog: numerositate. CAP. XXXVII.

 Vrium generatio mirabilis præter cætera animalia maiorem in modum est.Tum numero:ut celeritate.lam enim foemina prægnante in uafe miliario aliquando occupata: paupo referato uafe:mificuli numero uiginti & certum reperti sunt.Mirum etiam percipi: mors ortum redundantis agrestis murium generis:locis enim compluribus agri tam inau:ditio modo oriri solent:ut parum ex uniuero frumenti relinquantur:tam cito absunt:ut nonnulli mediocres agricultæ cum pridie metendum statuerint:postridie mane cum messoribus accedentes ad segetem ampliump tant inueniant totam:interitus autem minime euuenit ratione .Paucis enim diebus oino abolentur:quāquam superiora tempore hoës uincere uel suffiēdo:uel fues ut latibula effoderet admittendo non possent.Quinetiam uulpes eos uenantur:& cati siluestres in primis: sed tamen superare copiam & celeritatem prouentis nequeunt:nec aliud quicquam omnium uincit:nihi hymbries:is enim quamprimum intereunt.Terræ persicæ parte quadam mure foemina rescissæ: foetus foemini pregnantes comperiuntur .Sunt qui uehementer confirmant mures si salem lambant:impleri sine coitu .Aegiptiis muribus prædurus fere: ut herinaceis pilus est.Sunt etiam alii:qui erecti bipedes ambulent:habent enim crura posteriora longa:priora brevia:ortus eorum quoq; numerosus est .Sunt uel alia genera murium plura:led de his haclenus.

# DE NATVRA ANIMALIVM

ARISTOTELIS STRAGIRITAE DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER SEPTIMVS.  
INTERPRETE THEODORO.

De signis quæ puerorū:seminis emissionē:puellarūq; uiripotentia pueniūt. CAP. I.



E HOMINIS Generatione:tum prima in utero:tum posteriore in luce & usque in senectutem:quemadmodum se habeant:quæ suæ naturæ ratione eueniant loco hoc dicimus. Quæ inter marem & foeminam differentia sit:& quibusnam partibus constet:an expositum est. Mas autem primum semen genitale magna ex parte icipit ferre:anno peracto bis septimo:simil etiam pubescere incipit:eo tempore ut stirpes semen laturas primum florere:alchmeon crotoniata ait:uxo item per id tempus mutari in sonū asperiorum in æquabilem:q; incipit:q; nondum grauent:neq; enim acuta praeterea est:neq; tota æquabilis. Sed similis fidibus incontentis & asperis:quod capire denominant:idq; potissimum incidit iis q; rem uenereum incipiunt agere:iis enim uox transit in fonum uirilem. Abstinentibus uero econtrario fit:& si curam adhibeant(quod aliqui faciunt ex iis qui choreis indulgent)uel longo seruare tempore si ne magna mutatione potest. Māmē etiam extuberant:& genitale non solum magnitudine:sed etiam specie proficit:euenit porro id temporis qui iam fricari:concrectariq; per libidinem coperint:ut cū fermen emitunt:non modo uoluptate:uerum dolore quoq; afficiantur. Foeminae etiā per id tēpus exurgunt ubera:quod fratratre dicitur:& quæ menstrua uocantur erumpunt:quod sanguis quasi recens occisi animalis est. Quæ autem alba dicuntur:admodum etiam puellæ eueniunt:& magis si cibo utuntur humidiori. Hac incrementum impediunt corporis:& puellam extenuant: sed menses tunc plurimis fiunt. Cum iam ubera ad duos digitos prominent:& uox eodē tēpore puellarum mutatur i graviorē. Deniq; cum mulier uocis acutioris quā uir sit:tum natu minores acutius q; maiores sonantur:& pueri q; uirii acutius. Sed uox foeminae acutior ē q; maris:& fistula puellarum acutior q; puerorū est. Fit etiam ut per id tēpus custodiri præcipue debeat:maxime enī ad usum rei uenereæ incitantur:cū hæc incipiunt:quod si iā inde nihil plus cōmouere tēperent q; corpora ipsa:nullo adhuc usu uenereo sed sponte mutetur:sequi seruariq; tēperante solet per aetas superiores:nā & quæ admodum puellæ concumbunt:libidinosiores evandunt & mares:sive altera parte sive utraq; minus cauerint:propensiōres eodem efficiuntur. Meatus enim laxantur:redduntq; eo corpus lubricum:& simul uoluptatis:qua olim gestirent memores:desiderio mouentur præterita concrectationis. Prodeunt nonnulli iam inde a primo ortu naturae impubes:infecundiq; propterea quod parte sui genitali fuerint deprati. Mulieres etiam simili modo impubes a natuitate possunt creari. Habitus quoq; tum marium:tum foeminarum mutatur:ut sint uel sanitati uel morbo habiliores:& uel graciles uel pleni beneq; uegeti:nam a pube ex maciētis crassescunt:euaduntq; saniores. Alii contra:quod pari modo puellis etiam euenit:qui enim pueri aut quæ puellæ excrementis ante corporis redundabant:cum ea ipsa excrements una cū feminæ:aut menibus secernantur:faniores ob eam rem corpore efficiuntur atq; uegetio. Iā enim ea quæ sanitati alime tog; obstat exuent. At uero quibus contra antecesisferit:iis corpora graciliora:& morbis opportuniōra redduntur:excernitur,n.de ipsa natura & bene habitis. Cum aut femen aut menses prodeunt. In puellis item diuersitas uberum est:aliis enim admodum magna:aliis exigua sunt:euenit sane ut corpora i modice crescant:cum puellæ excrements redundant:futuri enim adhuc & nondum profluentibus menstruis:quo plus continetur humoris:eo magis efferi sursumq; impelli necesse est:donec istra erupatur. Itaq; quod interim incrementum māmæ accepterint:seruant poftæ:maribus etiam māmæ conspectiores & foeminariores:tum iunioribus:tum senioribus efficiuntur:qui humidiōres leuiores nec uenulent sunt:eorumq; ipsorumq; iis magis qui fuscī q; qui candidi sint. Semen profecto infœcūdum usq; ad ter septimum annum est. Mox prolificum quidem est:sed exigua imperfecta generant, iuniores & mares & foeminae ut in ceterorum quoq; animalium genere plurimis euenit:conciplunt quidem facilius natu minores:sed laborant in puerperio uehementius:corpore etiam minus magna ex parte perficiuntur:& senescunt celerius mares salaces:& mulieres quæ frequentius pariant. Nam ne icremē, tum quidem post tertium partum effici posse uidetur:sed tantur autem temperanturque melius quæ i rei uenereæ usum luxuriant:cum partum multotiens exercuerint:Sed post annum ter septimum mulieribus quidem opportune iam procreatio est. Sed uiris item accedere aliquid potest ad prolem perfecciōrem. Semina infœcunda quæ grandinis speciem referunt:eademq; potius marem foecificat:contra tenuia nec globulenta foeminae gignunt. Mentum etiam maris ea aetate pilis integitur.

De menstru mulieris.

CAP. II.

Profluum autem mensium decrescente luna contingit:quā obrem nōnulli canillo sexum foemineum lunæ tribuunt. Quoniam simul ut illa decrecat & mulier purgetur:moxq; repleant ambæ:eueniat paucis menstrua singulis mensibus mouentur:sed uno intermissione plurimis facilius agitur:cum iis quibus breui tempore hoc est biduo aur triduo profluum: sed quibus longum protrahit difficultius:laborant enim id temporis:aliis namq; uniuersim hæc purgatio fit:aliis paulatim. At tamen omnibus corpus grauatur:quādiu effluat humor. Multis etiam cum menstrua citantur:& eruptioni propinquā sunt:strangulations uuluarum sequuntur:& crepitus:donec erumpant:Conceptus mulieribus a profluuo menstruorum sua natura contingit:& quæ his carēt:

**Steriles magna ex parte exigunt: utrum fieri potest: ut aliquæ etiam sine eoz profluuiio cōcipiant: uidelicet quibus tantum humoris colligitur q̄tum iis quæ purgantur restare solet: q̄q nō tanta copia: ut & fo ras possint proluere nonnullæ ét dum profluunt: menses concipiunt: postea concipere: nequeunt quibus uulua statim a purgatione cōprimitur. Sunt quibus pregnatibus etiam mestrua usq; in postremū gerē di tempus eveniāt: quibus accidit ut parua pariant: & proles aut minus uitalis aut infirmia procreetur. Multis ést desiderio coitus: quo uel iuuenilis ætatis ratione: uel quia lōgo tempore abstinuerint tenen tur: descendant uteri: & mestrua sæpe ter in mēse citantur: donec cōcipiant: quo factō ascendunt: & suo statu constitutur: nonnunq; si cætera bene se habet uterus: humidus tamen é: respuit: semē genitale: si humidius sit. Oium aut animaliū (ut áte dixi) mulieribus iter foeminae plurima hæc purgatio evenit. Nam iis quæ non pariunt animal: nihil tale mouetur: ppteræ q; hoc materiæ superuacuum uertitur in corporis alimentum. Sunt enim nonnulla mariibus suis maiora atq; etiā aliis i corticem: aliis i squamā: aliis in frequentiam pennarum absumuntur. Terrestribus quoq; animal parentibus: in pilos & corpule tiā trāsit: homo enim leuior cæteris est: atq; etiam in ruinam diuertitur: plurima enim ex cæteris largius mingunt: & crassius. At mulieribus uice eorum quæ dixi omnium: quantum superuacuum sit: in purgatione mensu uertitur quod in mariibus quoq; simili fieri modo percipimus: feminis genita lis ratione: plurimū enim omnium animalium emitunt: comparatione dico magnitudinis suæ: & uero inter ipsos mares qui humidiiores natura sunt: nec ualde carnosí plus reddunt: atq; etiā plus candidiores quā fusci: nec secus in mulieribus sit: corpulentis enim multum menstrui excrementi i corporis alime tum trāsit: & in usu quoq; rei uenerae candidiores sua natura: plus quā fusce euaporat: preparatur hoc amplius usu ciborum humidorum & acrum.**

De inditis conceptionis: & quot dierum spatio mas: quot item foemina in utero mo ueatur: deq; abortionibus. CAP. III.



Ndiciū mulieré iam cōcepisse: cum statim a coitu locus siccessit: fit certe ut si oris: quo cōcipiſ labra sunt lævia: inepta sunt ad cōceptū. Labi: n. & effluit semē: nec uero si crassia sunt: cōmode uisu p̄stant: sed si ad digitū tactū asperiuscula: & hæretia sint: atq; éti si tenuiora. Ita cōmode ad cōceptionem habet. Talis igit præparandus est uterus: qui concipiāt: quod si facere ne cōcipiat placet: contra agendum est. Nam si labra sunt lævia: cōcipere nequeat. Quāobrem nonnullæ ut semen incidat: ante uulua ex oleo iuniperino: aut ex cerula thureue excipientes: oleo illiū nunt: sed si in septimiū diem intus permanerit: conceptū iam esse certum est: nam quæ effluxiones uocantur: intra tot numero dies fieri solēt: purgationes aut̄ accedunt plurimū cū cōceperint ad tps quoddā scilicet tringita dieg: maxime si cōcepta foemina est: quadraginta si mas a partu é purgationes eodem dieg numero consequi uolunt: quāq; nō equa ita diligenter eveniunt. At uero post conceptum & dies quas modo dixi: non item secundum naturam inferius agit: sed in ubera transit: & lac efficit. Cuius nota inter initia exiguo quodā: & araneæ prope modū specie appetat in māmis: cum iam cōceperint: seniunt præcipue suis ilibus: hæc enim nonnullis statim pleniora efficiuntur: quod iis quæ gracilores sunt: eidētius accidit. Inguina etiam sentiūt: & cōceptui argumēto esse possunt. Mares foetus magna ex parte circa quadragesimū diē: dextro potius laterē mouent: foeminae sinistro: circiter nonagesimū. Nihil tamen certi in his affirmari licet: multis enim ferentibus foeminae: motus agitur in sinistro: & contra in dextro gerētibus mares. Sed enim hæc & reliqua huiuscmodi ut differūt: eo quo magna ex parte & magis minusue accidit: sic accipimus. Findis éti foetus hoc eodem tempore: cum ante caruncula infor mis constaret: effluxiones uocantur quæ intra septimiū diem corruptiones incidūt. Abortiōes autem quæ intra quadragesimū. Et quidem plurimi foetus ita tot numero dies deprauant. Mas qui q̄dra gelimo diē exierit: si in quoduis aliud mittat: diffundit atq; abolef. Sed si in aquam frigidam: cogitur constitutus ueluti in mēbranā: aqua rupta foetus ipse apparet: magnitudine formicæ maiuscule: & mēbra iam inde discreta tum cætera omnia: tum genitalia constant: & oculi quæadmodum in cæteris ani mantibus prægrandes. Sed foemina qua intra tertium mēsem eruperit: indistincta est: que autē quarum adēpta est mēsem funditur: & reliqua distinctionis effigiem breui tempore accipit: cum itaq; foetus in utero formatur: foemina tardius q̄ mas perfectionē quarūq; partum recipit: & sacerius i decimū mēsem q̄ mas protractabitur. Sed cum in lucem p̄derit: foemina ociosus q̄ mas & accrelcit: & æta te florēt: & senectute maceratur: & magis quæ pluries pariant: ut dictū iam est.

De iis quæ a conceptione ad partū usq; mulieribus eveniunt: quoue tempore pariant: quoq; uno partu parere possint. CAP. III.



Vm semen conceperit uterus: statim se contrahit: donec ad septimum mēsem uentum sit: octauo iam adaperitur: atq; dehiscit: & partus si uiuit: descēdit mēse eodem: sed si mortuus est: neq; ipse descendit: nec uterus per id tempus dehiscit: idq; indicium facit: foetus haud quaque esse uitalem. Evenit profecto ut mulieres a conceptu: corpus totum grauentur: & oculorum caligines: & dolores capitis moueantur: quæ alii maturi est: & fere die decimo accident: alii saceri prout magis minusue ex materia superuacua temptantur. Nauseæ item: & uomitus plurimas capiunt: & præcipue quibus purgationes constiterint: nec dum ad ubera transeat: aliquæ igitur principio magis laborant. Aliae post cum: iam foetus pleniū creuerit. Sæpe etiam multis destillatio urinæ ad postremū infestat: sed magna ex parte quæ marem ferunt: facilius exigunt: minusque pallent. Contra quæ foeminam: sunt enim pallidiores & grauius degunt. Multis etiam tumores extu

## DE NATURA ANIMALIVM

berationesq; carnis in cruribus incident. Sed tamen contra etiam nonnullis contingit: solent appeti-  
tus uarii grauidis euenire: citoq; comutari: quod picare quidam a pica aue denominat: & nimis q; cu; sce-  
tu sextus foemini inci ferit: audius appetit: minusq; re frui iam plente: quam cupierit possunt: fastidiu; et  
enim statim: quod modo uehementer appetenter. Paucis contingit ut melius habeat: cum uterum ge-  
runt. Sed praecepit tunc fastidiu;: tediog; fatiscit: cum foetus capillus oriri incipit: pilis congeniti grau-  
dis deflunt: paucioresq; reddunt: contra: qua parte pilos minime habebant: ea magis accipiunt: plus etiā motus magna ex parte mas i; utero infert: q; foemina & celerius: prodit. Foemina enim partus  
traditor est. Dolor etiam ex foemina continuus: sed obtusior: ex mare acer: & lo;ge molestior. Quæ pau-  
lo ante partu concubuit: facilius pariunt. Parturire steridum mulieres uidetur: cum tamē tempus nō  
sit: sed quoniam foetus inuertit suū caput. Ideo initium hoc esse partiendi uidetur. Sed cum cetera  
animalia omnia singulari ac simplici modo partum suum perficiant (Vnum enim pariēdē tēpus statu  
omnibus est) homini uni multiplex datum est. Nam & septimo mēse: & octauo: & nona parere potest  
& quod plurimum decimo: nōnullæ etiam undecimum tangunt: foetus qui maturius quam septimo  
mense prodeat: nullo pacto uitalis est: qui septimo uitalis quidem hic primus exit: sed magna ex parte  
infirmiter. Quam obrem cunabulis ex lana eum obuoluunt: & fasciis alligat. Meatus etiā nōnulli ifissi  
ut aurū aut narium: s; p; numero generantur: sed accrescenti articulantur infantis: & demū suā formā  
recipiunt: & pleriq; de his quoq; septimo natis uiuere atq; adolescere possunt. Qui autem mēse octauo  
naſcuntur: uiuere ac adolescere in terra ægypto possunt: & quibusdam aliis locis: ubi mulieres fertiliores  
sunt: multosq; simul & pariū etiā si monstris sint: sed locis græcie multi frereū: nec nisi  
per pauci feruātur: unde fit ut si quis feruerit: non octauo mense natus existimet. Sed mulier: sui co-  
ceptus initium latuisse: infestatur maxime mulieres mense quarto: octauo: & si uel parto uel octauo fo-  
etus perierit: ipse quoq; magna ex parte intereū: itaq; fit ne solū mense octauo nati nō uiuat: sed etiā ipsi  
emortuis periculum quæ pariū libeant. Simili modo & qui diuturniores quā undecimo mense naſci  
uidentur latere putantur: latet enim mulieres coceptus initium: si cu; ante inflatus fuerit uterus ut saep ac  
cidit: post coiterint: atq; coceperint: hoc enim principium esse sui coceptus existimat: quod simile indi-  
tum attulit. Ita multiplex perficiendi tēpus pariēdē diuersum homini datum est. Et cu; alia singulos  
pariant: alia plures: genus humanum in incipiunt ē. Nā quod plurimum & locis plurimis agit: mulieres  
singulos singula pariū. Sed s; p; & locis pleriq; geminos etiā ut in terra quoq; egypto fieri certū ē pa-  
riū etiā tres: & quattuor: & quidē locis nōnullis valde ita fit: quod dictū iam sit: sed quinq; cu; plurimum  
naſcuntur: iam enim hoc pluribus euenisse cōspectum est: & quadā uiginti partibus: quatuor adidit  
quinos. n. singulis partibus enixa ē: maiorq; eorge pars enutrit & adolescere potuit. Et cu; ceteris alia  
libus gemini nati etiā si mas & foemina sint nihilominus enutriantur: feruentur: quā si matres ambo aut  
foeminae sint in genere certo humano. Pauci gemini feruantur: si alter mas sit alter foemina. Mulier &  
equa oīum maxime aīalium grauidæ coitum pariuunt: cetera ubi grauida fuerint: fugiunt mares: ea. f.  
quoq; natura supfoetare more leporis recusat: itaq; equa nunq; supfoetar: sed magna ex parte unū tan-  
tummodo generat. At uero in muliere raro quidē euenit: ut supfoetet: sed factum tamē aliquando est  
Qui itaq; longo poſt tpe sint cocepti: nihil perfici possunt: sed p̄maturius dolorem quo ipsi: & pri-  
mus foetus intereat mouent: iam incidit ut facta corruptione duodecim supfoetata pueria egerēt.  
At uero si p̄xime a primo coceptu secundus sit factus: abfolui adic̄ p̄t: quod supfoetari: ut quasi  
gemini naſci uideant: quomodo herculem & iphidem procreatos esse fabulan̄. Nam id etiam constituit  
adultera quadam quæ alterum suo marito: alterum adulterio simile peperit. Iam & cu; geminos quæ-  
dam ferret tertiam supfoetavit: & cum tempus pariendi iustum iam esset: primos uitales peperit: se-  
cundum quinto mense elisit: qui statim mortuus est. Altera cum primū septimo peperisſet: q; mor-  
tuus est: mox duos iusto mēsum numero edidit: qui uiuerunt: quædam etiam sub abortu conceperat  
atq; alterum abegerūt: alterum continuerunt: pertuleruntq; ad partum: plurimis si cōcubuerint men-  
se octauo: infans mucore oppletus exit: & sculentorum etiam quæ mater comedenter ſepe gerulus uenit  
in lucem: & ſi ſale immodice ufa eſt: ipſe ſine unguibus naſcitur.

De laetiis bonitate & malignitate: deḡ mēftru; muliebrium fine.

CAP. V.

Ac quod ante septimū mēsem contractū eſt: inutile eſt: sed ſimil infans natalis eſt: & lac eſt  
utile ſcipit: prius aut̄ ſalfum ēt eſt: ut pecoris. Vino p̄cipue cu; uterū ferū plurimæ infestant:  
diſſoluunt enim ſi biberint: atq; debilitant. Principiū & finis mulieribus pli recipiēdā ma-  
ribus p̄bendæ: ſeminis & mēftru; emiſſo eſt. Sed neḡ cu; ſum incipiunt statim plifca ſunt:  
neḡ cu; definunt: & iam pauciora ſunt & iſirmiora. Quā nā etate ſcipiat mēftru; & ſemē dictū iam ē.  
Sed definit plurimis mēftru; circa quadragesimū annū: qd̄ tps quæ excesserint: iis ad ſexagesimū fer-  
uantur: ēt nōnullæ eo tpe pepererūt. Sed ultra hoc tps nulla p̄t: p̄trahere,

Vſq; quo maribus ſit generandi facultas: & de prolis ſimilitudine cum parētibus uel cum  
aliis.

CAP. VI.

**M**ares plurimi ad ſexagesimū generant: quæ ſi excesserint: ad ſeptuagimā uſq; pcedunt. Et  
iam quidā annos ſeptuaginta nati gernuerūt. Euenit fane multis & mulieribus & uiris: ut q  
coniūcti inter ſe nequeant procreare: ubi diſſociati ſe iuxtere cum aliis queāt: qd̄ idem i ma-  
ris quoq; aut̄ foeminae procreatione nimis euenire certum eſt: plerūq; enim tum mulieres  
tum uiri quādū cu; eisdem iungūt: foemina tantū maręue p̄c̄at: ſe iuncti aut̄ cōtra. Aetatis etiā ra-

tione immutatur: ut iuuenes iter se foeminas generent: seniores facti mares: aut contra Ratio quoque gene randi: omnino discrimen hoc idem recipit: ut iuuenes nihil procreant seniores iam incipient generare. Aut: contra ut qui ante possent: post nihil possint foecificare. Sunt etiam aliquae mulieres quae uix concipiunt: sed si conceperint: perficiant atque edant. Aliæ contra: facile quædem concipiunt: sed seruare non possunt. Sunt & uiri qui non nisi foeminam procreant. Et mulieres quæ non nisi marem: & contra: ut de hercule fabulantur: qui iter duos & septuaginta liberos foemina unam tantummodo genuit: quæ cōcipere nequeant: si uel cura adhibita: aut aliquo casu conceperint: foemina magna ex parte patruis potius quam mare. Multis enim in uiris evenit: ut cum antea possent generare: post nequeant: deinde rursus facultatem recipiant generandi: gignuntur laesi quoque ex laesi: uerbi claudi: & cæci ex cæci: denique similes sæpenumerato in re quæ praeter natura comitetur: & signa habentes sibi cognata hæreditaria: ut uerucas: & neuos: aut cicatrices: aut quæ aliud generis eiusdem: lam tale quid uel tertia: plie post regeneratum elicit: ut cum quidam suo in brechio pucti notam haberet: filius non id retulit: sed nepos ea corporis parte nigritate quædam habens consufam prodidit: sed raro haec eveniuntur. Integri autem ex mancis ne gignuntur: nulla res obstat: & saepissime ita agitur: similes etiam alii parentibus: aut ausi suisque maioribus generantur. Aliqui similitudinis nihil referunt: redditur etiam uel post plures eiusdem prolapsus: ut si ciliacum quæ non alterius cum æthiopem cōmiserat: filia non colorē partus æthiopicus retulit. Sed quæ natus ex hac est autem æthiopicus regenerauit. Foemina magna ex parte matris: mares patri pueri similes: sed sit esse diuerso: ut foeminae patri: mares matris similes praetenduntur. Particulariter etiam similes fiunt ut alia corporis parte similes sint patris: alia matris: gemini uel dissimiles iter se natu*ri* sunt: sed plurimi magna ex parte similes prodeunt: nam & quædam cum septimo die a partu concur buisset concepsissetque pererit similem superiori quasi geminum. Naturæ etiam ratione aliae sibi aliae suo matro similes generantur equa pharsalia cognomine iusta:

## Quomodo semen genitale informetur.

## CAP. VII.

**V**m semen genitale exit: spiritus atcedit: & quædipso exiit cōstat: agit cum spiritu: nihil. n. p. cul sine uiolentia spiritali pro ieci potest. Tum insinuatū in utero: diuī cōtētum mēbrana obducit: quippe quæ anteque difernat: exeat uelut ouū in sua mēbranula cōrectū: detracito putamen: mēbrana aut ipsa uenis referta est: oſa uero tuū natilatū pedestrīa: tuū est uolatilia siue afalis siue ouī forma proueniunt: simili mō gignuntur: nisi quæ alia umbilicū habeat: uulua ahæretēm: uidelicet quæ afalis forma enatcuntur: alia ouo: alia utroq; modo: ut i quodam pīscī genere: & alia qīsi mēbranis cōtinentur: alia secundis: primū ita ultimū in uolucrū aīal gignitur: mox altera mēbrana obuelat: plurimū quidē sui parta uulua adhærens: sed parte etiam seiuncta: & aquam cōtinens: humor autem inter has cruentas aquosusq; est quæ mulieres proferum uocant.

## De alimento afalis in utero existentis deq; hoīs statu in eodē.

## CAP. VIII.

**V**genc afalia oīa qbus est umbilicus: per ipsum um bilicum: Hic acetabulus uulua adhæret si sunt. Sed si laevis sit uulua ipsi uulua adhæret uena subiecta: situs in utero quādrupedū omnium extensus est: expedum autem obliquus: ut pīscī: bipedum uero inflexus: cōtractusq; ut aiui: homo èt in semet cōglobatus sic gestat: ut naſum iter genua: oculos sup genua: aures extra genua habeat: oīibus equæ afalibus caput primū supius est: sed cum creuerint è exitum appetant: deorsum deducit. Ita sit ut oīibus partus secundum naturam in caput: contra naturam in pedes: inflexo circuācto corpore agat: quadrupedes uel excrementū iam inde habent: & alii & uescica: alterum in postremo itestini: alter in ipsa uescica. Quibus in uulua acetabula sunt: foetus accrescere: acetabula ipsa subinde minuantur: postremo abolenf oīa: umbilicus autem uelut putamen è circa uenas: quarū origo ab utero est: aut acetabulus si habent: aut uenae cōmissa est. Sunt foetus maior ut boui quattuor uenae: minori duæ: minimo: una: ut auibus: pertinet duæ ad foetus per iecur: qua portas appellant: orta a uena majori: reliqua duæ ab ahorta: qua sindit: & duæ de una efficiuntur. Vtrūq; uenae par mēbranula ambiunt: & mēbranulas ipsas ambit: uelut putamen umbilicus. Collabuntur subide uenae: & quo foetus amplius creuerit eo adductus ipse contrahuntur. Foetus autem grandescens caua uteri subit: ubi palpitans iam sentitur. & circa genitalia parentis interdum uoluit.

## De doloribus mulieris in partu: &amp; quæ facile quæue difficulter parturiāt.

## CAP. VIII.

**V**m mulieres parturiunt: dolores multas quædem in partes incubunt. Sed plurimis ad alterutrum foemur. Ceteræ qbus aliuū tornina uehemēter exercēt: cōfissimè parturiunt. Quæ lumbos doleant: uix parturiunt. Quæ imum uentre expeditius: simas nascit: pīfluit sanies dilata pallidiuscula: sed si foemina cruentata: uergo ea quoque præ humida est: fed fieri quoque pot non nullis: ut eorum neutrum accidat. Ceteris afalibus partus non laboriosi eueniunt: minus enim cum parturiunt infestari uidentur. At mulieribus dolores uehemētissimi incidunt: & pīcipue stabilibus & fellulariis: & quibus non bona latera sunt: neg facultas retinēdi spiritus suspetit: difficiulus est edunt: si interea dum pī uim retinent coactæ eruperint respirationē: primū aqua illa subter cutē fusa: pī foetus motionem: ruptis mēbranis effluit: deinde foetus inuersus utero & secundis iterna euoluētibus: foras uenit in lucem.

## De obstetricis cura: &amp; de foensis exitu: de tarditate duratiōis ossiū &amp; dentiū amissiōe.

## CAP. X.

**A**m uero & oblitericis officiis pars ignis pīpīcīlīq; intelligentia est: non solū enim difficultatē partus opportune expedite q; succurrēdū est. Sed èt cōtra ea quæ accidat protinus agendum igeōse: & in fecādo deligādoq; umbilico foensis prudētia requirit: & peritia: nam si simul secundæ quoque exciderint: uellere umbilicus cum secundis alligat: superiusq; præci

# DE NATVRA ANIMALIVM

ditur:qua aut̄ deligatum est:coherescit & pars cōtinua decidit:si copula amētūq; dissoluatur fœtus san-  
guine effuso emortuit.Sed si secundæ nō statim cum foetu exierint:dum intus ipse foris autem infans  
est:deligato umbilico securat:ſepe uifus ē puer emortuus naſci: cum ei iſirimo priusquam deligaretur  
umbilicus ſanguis i ūmbilicū & circa afflueret.Sed iam aliquæ obſtrices:factæ pitiores repremit  
intro de umbilico ſanguinem:quo factò statim infans qui modo exanguis deficitat recreatur:uita q;  
reſtituitur.Naſcuntur(ut dicit̄ eſt) ſecundū naturam cætera etiā animalia uera in caput.Sed pueri ma-  
nus quoq; ad costas porrectas extenſaſq; habent.Qui cum exierint uocem statim emittunt: & manus  
in os admouent:excrementum etiā reddunt:aliū ſtatim:aliū breui:ſed oēs intra diem: quod excremen-  
tū pluris quā pro infantis magnitudine eſt.Papauerculum hoc mulieres uocant:colorē cruentum:atq;  
admodum nigrum & piceū eſt:mox laetū iam & albidiū redditur:ſuggit enim conſeftim ubera iſans.  
uocē anteq; egreditur nunq; emittit:etiam ſi cum difficulter egreditur caput extet:corpus intus ſi to-  
tum.Quibus purgationes partum antcipant:difficilius liberantur:ſed ſi a partu purgationes partius  
ſequantur:neq; largius quam priuæ neg: ad quadragēſiū diem perleuauerint:eficitur ut mulier  
ualidior ſit:& celerius poſit concipere.Infantes autem primis quadranginta diebus:neg: rident cum ui-  
gilant:neq; lachrymantur:ſed nocte & per quietem utrūq; iterū faciūt: nec uero ſentient magna ex  
parte cum ſcapluntur.Plurimā huius tēporis partem dormiunt:cæteg: idies quo ſubinde auctiores ſue  
rint:eo magis ad uigilandum immuntur.Somniare etiā eos cōſtāt:ſed ſero meminisse poſſunt ima-  
ginum.Ceteris quidem aīalibus diſcribenſi oīſum nullū eſt:ſed oīa perfecta iam inde a natuitate pro-  
ueniūt.At pueri ſinciput molle eſt:ſeroq; durat & cū cætera aīalia naſcantur cū dentibus:pueri ſep̄ti  
mo mense dentire incipiūt.Primū edūt primores:aliū ſuperiores prius aliū infeiores:deniq; omnes ma-  
turius dentiunt:quorū nutrices lac habent calidius.

De aduentu laetis i muliere: & malo pilari:deq; laetis duratione.

CAP. XI.

**P**Oſt partū purgatione q; laetis copia excitatur:& nōnullis effluit nō ſolū de papillis: ſed etiā  
paſſim p ubera:aliqubus etiā p alas:edurantq; in posterū globuli: quoftens humor non  
coquatur:nec exeat:ſed redūdet:ubera enim tota fungoſa ita ſunt: ut ſi poculo pilum forte  
hauerit mulier:dolor moueat in mammis:q; malū pilare appellat:neq; ſedatur donec pi-  
lus uel preſſus exeat ſponte:uel cū laete exuggar.Seruator lac donec mulier cōcipiat: tum definit atq;  
extinguitur tam i hoīe quā in quadrupedū uiuiparo genere.Quādū lac emanat:purgatioē magna ex  
parte nō ſiunt magna inquā ex parte:quoniā iā quibidā laetanib; facta purgatioē eft.Sed enim natu-  
ra ita fert:ne humor locis pluribus ſimil erumpere ſoleat:nā & mariscaſ habēti:deteriores accedūt pur-  
gationes:& qd̄ in nōnullis accidit.Cū delapsus humor a lumbis per anū exernit:anteq; uteq; ſubeat  
ide cuenit.Qubis dū etiā purgationes nō ſiunt incident:uomit ſecurios exigunt.

Pueros u plurimū ante ſeptimū diem cōuulfione interire.

CAP. XII.

**S**Olent pueri plurimi cōuulfione excipi:& p̄cipuæ copulentiores:& laete uesc̄tes copioſio-  
re craſſiore q;:& nutritiæ laetē ſucci plēna:& copuletā nocet ēt ad hoc morbi genus uirū:  
magisq; nigrum q; album. Et qd̄ minus dilutum eſt:atq; etiam ex cibis qui inflent:plurimi  
obſtant. Et ſi alius ſubſtitetur:nocuum eſt.Plurimi ante ſeptimū diē iterūt.Vnde ſit ut no-  
mina ſeptimō die imponant:tanq; ſaluti iam pueri magis credamus:plenilunio etiam iſefant hoc ma-  
lo:periculosus & ſi a ſcapulis conuulfio oriat:in angusto ſpes eſt.

## ARISTOTELIS STRAGIRITAE DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER OCTAVVS. INTERPRETE THEODORO.

De uarietate actionum & uictus omnium animantium.

CAP. J.

**C**ENERATIO Et reliqua animalium natura ita ſe habet. Actiones aut̄ & uitæ pro mo-  
ribus uictusq; differunt ſunt enim uel in plurimis cæterog; aīalibus: uerſigia morū ani-  
mī humani:quāq; hæc apertius in homine diſcernant. Inſt urbanitas: feritas:clementia  
acerbitas:fortitudo:ignavia:metus:fidentia:ira:malitia:atq; etiā prudentiæ imago in eſt  
in multis quēadmodum cū de partibus docerē expoſit:alia enim eo quod magis mi-  
nus u habeat comparatione hominis diſferunt:homog; ipſe cū multis aliis aīalibus: ita  
diſſidet:quippe cum aliqua ex his magis in hoīe habeant aliquid in cæteris animalibus latius alia uero  
diſſerant: p̄portione:ut enim in hoīe ars ſapiencia:prudentia. Sic in nōnullis brutis in eſt uis quādam  
eiuſmodi altera naturalis:coſtar hoc ita eſſe plane:argumento puerilis ætatis:in qua futuroq; habitum  
quasi uerſigia:& ſemina uideris:& tamē nihil per id tempus aīam hoīs diſſerere a beluaq; alia prope di-  
xerim. Itaq; nihil remotū a rōne eſt ſi parti eadē parim ſimilia:parti ex p̄portione i cæteris aīalibus ha-  
bentur:ſed adeo de inanimatis paulatim ſenſimq; ad aīata natura tranſiut:coſtinuatiō ipſa lateat:eo ge-  
conſinū & medium utrius nam ſit extremit.iam ab animalium genere:primū genus plantarū eſt.  
Earūq; alia ab alia diſſert eo q; magis uitæ particeps eſſe uideſt:uniuerſum aut̄ genus respectu corporū  
cæterorum quæ oīa uacant:ipſum quāli animal eſt:at respectu animalis:in anime eſſe uideſt.Sed enim  
digreſſus hinc ad animalia continuoſ(ut modo dixi) procedit:ſunt enim maris nōnulla quæ ambigēs:  
animal ne ſint:an planta:hærent enim:& detrac̄ta complura id genus intereunt:uerbi gratia: pinnæ

adhaerent:ungues euulsi uiuere nequeunt:deniq; genus uniuersum eorum quæ testa integunt:plan-  
tae simile respectu gradientium aialium est.Quin & uis sentiēdi ita habet:ut aliqua nullum eius indi-  
cium præbeat:alia leuiter & perobscure sentire uideant.Nōnullorū natura corporis carnoſa est:ut eoz  
quæ tubera appellantur:aut uertice. At uero spongea oīno similis plantis est.Cæterum paruo quodam  
discrimine subide alia præ aliis iam adipisci uitam mortuq; uident.Quod idem in muniberis ēt uitæ  
percipere licet:plantarum enim nullum aliud munus esse uide:niſi quoad similem quæc; sibi faciant  
alteram uidelicet que femine oriantur:ſic animalium etiam quorundam nihil muneris præter gene-  
rationem acceperis:unde ſit ut eiusmodi actiones ſint omnium cōmunes:ſed procedente ſenſu iam ue-  
nere coitus:uoluptate uitæ eorum diſcrepat:atq; etiam partus:enutriēdeq; prolis ratione itaq; alia ſim-  
pliciter perinde ut plantæ officio procreandi funguntur ſuis temporibus:alia in enutriēti etiam prole  
laborant.Sed cum perferent defiſtunt:nec ullam infuper feruant ſocietatem. Alia quæ prudentiora  
ſunt:& plus memorie fortius ciuiiſus agunt cum prole.Prima igitur pars uitæ animalium in officio  
procreandi conſiftit:altera in alendo.In iis enim duobus ſtudium omnium uitæ uerſatur:cibi autem  
diſſerunt potiſſimum ratione materie:ex qua ipſa que aluntur conſiftit:incrementum enim quibusq;  
ſecundum naturam ex eadem:qua conſtituerint materia fit.Qod autem ſecundū naturam eſt: id ſuare  
contingit:ſequunturq; oīa eā uoluptatem:qua ſecundum naturam eſt.Degūt iigī aialia locis diſiuncta:  
alia nāc; terrefria:alia aquatilia ſunt quam diſerētiā trifariam itelligimus:aut enim recipiendi aeris  
aut aquæ rōne:altera terrefria:altera aquatilia dicimus aut quod apta natura ſunt feruari tēperamen-  
to alterutri:quāq; aerem aquāue non recipiant:aut ēt quod cibum petant:uerſenturq; utrobicq; diuitiis  
complura enim cū recipiant aerem:partuſ; faciant in terra cibū tamen a locis madidis petunt uerfan-  
turq; in humore partem maximam temporis:quæ ſola uitam ambiguum agere uident quippe q; ēdē  
& uelut pedestria:& uelut aquatica ſtatui poſſint.

De uitæ aquatiliū animantium.

## CAP. II.

**A**T eorum quæ humorem recipiūt>nullum uel pedeſtre uel uolatilē eſt:nec cibum ſibi ex ter-  
ritorū pte:quāq; multa ſpirabilis pedeſtriq; generis humore gaudent:& ita nō nulla ut ne uiue-  
re quidem diſciſla ab aquæ natura ualeant:ut quæ marinae teſtudines appellantur:& croco-  
dili:& fluviatiles equi:& uituli marinæ:atq; etiam ex minori genere teſtudine lutariae:ſue  
mures aquatiles dicit & ranz:hæc enim omnia niſi in aquam diu ſpirēt:interēunt:& patere educareq;  
ſolent in ſiccō.Natura omnium maxime animalium ſuperfluat peculiariſq; delphino:& fi quid aliud  
tale:uel i cætaceo genere:uel in reliquo aquatili ſit ut balæna:quæcumq; fulſula gerunt:hoc enim ge-  
nus nec terrefre tantum:neq; aquaticum facile dixerim.Si quidem terrefre quod aerem recipit:aqua-  
tile quod aquā:ſecundum naturam eſt:particeps nāc; eft utriuſq;:cum & mare accipiat:reddatq; per ſi-  
ſtulam:& aerem per pulmonem:habent enim hoc membrum & ſpirant.Quamobrem delphini re-  
tibus apprehensis breui tempore strangulatur ut qui ſpirandū facultatem amiferit:& foris uero diu-  
tius uiuere poeteſt mutiens:& anhelans modo ceterorum ſpirantium:qui netiam dormiens roſtrum  
exerit ſupra mareut ſpiret.Sed in utraq; diuisionis tam contrariorū parte collocari hoc genuſ abſur-  
dum eſt:quamobrem aquatile genu amplius diſtinguedum uideatur:ut alia accipiat reddantq; aquā  
ea cauſa ſpirantia aerem:quo refrigerentur:alia propter cibum.Cum enim in humore cibum accipiat:  
fieri non poeteſt:quin ſimil aliquid humoris admittatur:quod admissum:quo emittant:inſtrumen-  
tum habeant neceſſe eſt.Quæ igitur proportione ſpirationis humore:utuntur:branchias habent:qui  
bus autem per cibū humor illabitur:iis fulſula in ſanguineo genere data eſt.Mollibus etiā & crustaceis  
hoc idē adhibiſtū eſt:nā ea quoq; humorē pp cibū accipere cogūtur.Sed altero illo modo aquatilia ſunt:  
temperatio corporis dico & uitæ.Ut quæ accipiat quidem aerē:ſed i humore aetate degant:aut quæ  
accipiat quidē humorē & brachias habeant:ſed terrā petat:unde cibū accipiant:quale unum adhuc tan-  
tūmodo nouimus cordulū nomine:hic enim non pulmonem:ſed branchias habet:agreſſuſq; cibum  
petit in terra:& quadrupes idem eſt:ut ad ambulandum idoneus.Horum autem omnium natura q̄ſi  
peruersa uideatur:sicut mariū nōnulloſe natura ſeminā refert:ſeminegarū marē:exiguis enim qbusdā  
partibus ſuā natura animaliū immutata plurimum toto in corpore diſſertere uideatur:quod latifimme in  
excisio patet:particula enī quadā obleſa totū aial in ſeiminā uerſitur:quapropter in prima etiam or-  
tu cōſtitutione minime magnitudinis quoquā immutato dū modo ſit principale:efficit ut alterum  
mas:alterum ſeiminā redatur:atq; ſi oīno tollatur:neutrū prodeat:Itaq; terrefre etiā & aquatile eſſe  
modo utroq; p̄adicto:parte animalis exigua immutata poeteſt ut alia terrefria:alia aquatilia p̄cētūr  
& alia uitam ſimpliçem agant:alia ambiguum:propterea q; generatione ſua conſtitutionis materia tali  
participarint:qualem ſibi in cibo aſſumunt.Carum enim cuiq; ſuauęq; eft quod per naturam habetur  
ut ſuperius diximus:ſed cum animalia trifariam i aquatili & terrefre diuidantur:aut enim recipiendi  
aeris aqueo necessitudine:aut corporis temperatio:aut tertio uitę ſratione uitæ proſuſ diſcriben-  
pro his diuisionum membris conſequetur alia enim temperandi corporis gratia & uitę ſratione:atq;  
etiam recipiendi aeris:aut aquæ neceſſitate ita degenet:alia temperamenti uitę ſcauſa tantum.Igitur  
eorum quæ testa operiuntur:nonnulla immota aluntur humore dulci:& porulēto:qui per ſpiffa traſ-  
mittitur:cum tenuior ipſe mari concocto eliciatur:quemadmodum & primo naturæ ortu inſtitu-  
tur.Dulcem aut̄ contineri humorem in mari atq; ita traſmitti & percolari conſtat:eo experimēto:quo  
ſi ex cara uas tenui laterē finixeris:idq; annexa linea in mare demittas:inane die ac nocte una:humoris

## DE NATVRA ANIMALIVM.

Rustata omnia ingredi possunt: itaq; pedes complures obtinuerunt. Summa eorum genera quattuor numero sunt: locusta; gamma; squilla; cancri: quæ singula in plures species di stinguuntur: quæ non modo formæ uerum magnitudine etiam multo inter se differant: alia enim magna: alia parua admodum sunt genus igitur cancerarium & locustaria similia inter se sunt: eo qd<sup>e</sup> utrūq; brachia forcipibus denticulatis habeat: sed haec non ingrediendi causa habentur: sed ut iis quasi manibus capiant & retineant: quam obrem contra quam pedes ea flectere solent: hos enim in cauam illa in orbem fleunt: & circuagunt: sic enim ad cibum capiendum ammonendum qd<sup>e</sup> commodius agitur. Sed interest: qd<sup>e</sup> locustæ caudam habent: cancri non habent: locustis enim ut nanti bus cauda utilis est: natant enim cauda: quasi remo innitunt. At canceris inutilis est quoniam uitæ age re terrenam cauernasq; subire soleant: qui tamē ex iis pelagi sunt: ii pedes habent longe retardiores ad ambulandum: sunt enim cæteris ipsa nantiiores: ut male: & qui heracleotici appellatur: crura iis brevia: quia parua mouentur: sed salus eorum beneficio crusta firmioris contingit: itaq; maius crura tenuior: rā heracleotici breviora. Cancelli autem qui perquam exigui in pisciculis reperiuntur pedes nouissimos latiūculos habent: ut ad nandum utiles sint: qd<sup>e</sup> pro pinnulis: aut remis pedes haberent. Squillæ a cancerario genere differunt: eo qd<sup>e</sup> caudam habeant alo crustario qd<sup>e</sup> forcipe careant: id quoniam plures habeāt pedes eo nāq; reduntia illa absurmitur: pedes obtinent plures: qd<sup>e</sup> non magis ad nandum quam ingrediuuntur sint suapte natura propiore parte supinas & capitis uia habent: ut alteræ ad accipiens dam reddendamq; aquam branchiarum specie condite sint: alteræ planiores tabellatioreſq; in foeminiſ crustati generis omnibus quam in maribus constent: & interiora uero operculi applicati hirtiora ampliora qd<sup>e</sup> foeminae cancri habent quam mares quoniam oua in ea ædunt non precul ut pisces & cæ tera quæ parere solent: quæ enim ampliora sint: oœ locum ouis praefastre poterunt capaciorem: locustaæ cancriq; omnes forcipem dextrum grādiorē ualentiorēq; habent. Parte enim dextra efficaciora suapte natura sunt animalia omnia redditur autem semper a natura cuiq; uel soli uel præcipue id quo uti pōt ut dētes eosq; aut exertos: aut serratos: aut continuos: & cornua & calcaria: & reliquias eiusmodi partes: quarum uisu ad defendēdum: aut dimicandum: gemmari soli non certum sed alterutrum æque ut fors tulerit forcipem habet grādiorē: tam mares quam foeminae: causa aut cur forcipem habeāt: qd<sup>e</sup> ex eo genere sint: quod forcipem habet: cur alterum grandiorē incerte: qd<sup>e</sup> nō integrum sūi generis nā turam tenet: sed ita degenerat: ut quod ad aliud destinatum est: eo non eodem sed ad gressum utatur. Quisham situs partium singularium sit: & qua differentia inter se discepent: & quo mares cum foeminiſ dissident: ex cōmentatione: disſectioneq; aīlūm petendum est.

De partibus exterioribus molliū animaliū & sanguine carentiū.

## CAP. VIII.

Mollia partes interiores ante cum cæterorum exposui nunc exteriorum ordinem perse quemur: habent hæc foris alueum corporis indiscretum: & pedes parti priori iunctos: circum caput: infra oculos: circa os & dentes: sed cum cætera animalia quibus pedes: aut parte priore posterioreq; eos habeāt: aut laterale: ut ea quæ multis pedibus innitunt: & sanguine car rent hoc unū genus: pedes parte qd<sup>e</sup> priorē in eo capimus: omnes continet: cuius rei caufa est: qd<sup>e</sup> pars eius posterior ad priorē adducta: est extremaq; coeūt & confundunt: quomodo turbinatis iter testata accidit. Genus enim testatū omnino partim crustatis: partim mollibus simile est: qua. n. foris terrenā portionē intus carnēa habent: crustatis assimilantur: quia aut forma eiusmodi corporis cōstat cū mollibus conuenit oē quodāmodo: sed præcipue quæ ex turbinatis cuniculo in anfractū contorquentur: nātura enim eorum utrōq; perinde se habet quasi quis directa linea (ut in quadrupedū & hominū genere est) primum extrema linea parte superiore os situm intelligat: qua. a. mox stomachū qua. b. tū uentrem qua. c. deinde testinū ufcq; in ostium excrementi qua. d. hæc ita in sanguineo genere disposita sunt & caput pectusq; locū obtinet primum: reliqua eorum ipsorum gratia: aut motus caufa a natura adiecta sunt: ut priora posterioraq; crura. In crustatis etiam infectusq; ordo interiore eodem modo cōstare uult: sed officiis exteriorum motionum differt a sanguineo genere. At uero mollia & turbinata inter se quidem proxime constant: sed iis econuerso: finis enim ad principium flectitur quasi quis linea efflectē do adducat. d. a. a. Cum enim ita partes interiores iis collocetur ambit alueus: qui in polypis tantum caput uocatur: qualis intestato genere turbato est: nec aliud inter est nisi qd<sup>e</sup> alteris molle quod ambit: alteris duo tegmine carnem natura complexa est: ut seruentur. Cum diff. culter moueantur: hinc fit ut excrementum tam mollibus qd<sup>e</sup> turbinatis meatu ori uicio emittatur: qd<sup>e</sup> mollibus infra turbinatis a latere: hac de caufa: pedes mollium ita positi sunt & contra quā cæterorum. Sepiæ atq; lolligines non simili ut polypi modo constant: quoniam uim nandi tantummodo habent: cū polypi uel ingredi possint: habent enim sepia & lolligines pedes supra dentes senos exiguis: eoruq; nouissimos duos maiores: reliquos aut octonog; duos infra omnium maximos: ut enim quadrupedibus crura posteriora firmiora ualidiora qd<sup>e</sup> sunt ita iis quoq; maximi qd<sup>e</sup> infra habēt: his. n. onus sustineat motusq; potissim agit duo: èt illi nouissimi maiores suis mediis sunt: qd<sup>e</sup> illis ministrat: polypus medios quattuor hæc maxios. Oibus igitur his pedes octō: sed sepii & lolliginibus breues: polypis magni: aliuū. n. corporis lolligines habent

## DE PARTIBVS ANIMALIVM

magnum: polypī paruum: itaq; quod natura polypis ex corpore demperat: id in pedum longitudinē addit; q; sepiis & lolliginibus de pedibus abstulerat: eo corporis magnitudinem auxit: quāobrem po/lypis pedes non solum ad nandum utiles sunt: fed etiam ad ambulandum: sepiis autem & lolliginibus inutiles sunt: parui sunt enim: cum alueum habeant magnum: cum itaq; pedes habeant breues: atque inutiles nec æstu maris tēpeſtateq; exturbentur: axis utq; de longinquō admoueant: ideo promuſci des binas prælongas habent quibus ueluti anchoris innitantur: ſeq; ſtabilant: modo nauigii tempeſta te urgente: enuentur etiam procul: orig; elong in quo admoueant: polypī promuſcide parent: quoniam pedes ad uſum eundem commodos habeant: quorū autem pedibus acetabula cirramenta: adſunt hæc uim contextumq; talent habent: qualem implicamenta illa quibus digitos antiqui medici indere solebāt: ita enī fibris implexa sunt: quibus carunculas: ceteraq; cedentia trahat: quippe quæ lapſa pre/hendant: intenta p̄ræmant: & retineant: cum pars interior tota contingat: atq; amplectatur: itaq; cum aliud non habeant: quo capere admouereq; poſſint: niſi aut pedes aut promuſcides hæc pro manibus optinent ad uim: tum inferendam: tum propulsandam atq; etiam ad cætera uitæ munera necessaria: fed cū cætera omnia geminis acetabulis ſeriem a capite in extremos uſq; cirros habeant ordinatam: ge/nus unum polypi quoddam ſimpli inspergitur acetabulo: cuius rei cauſa ad longitudinem tenuita/temq; brachii referenda eſt: cum enim angustum fit: ſimpliſcis acetabuli ordinem tantum capiat neceſ/fe elit: non igitur ita conſtant: quia neceſſe ſit propria ſubſtantia ratione. Pinnulam hæc omnia habent circundantem alueum: quæ cum in cæteris: tum in grandium lolliginum genere iuncta: perpetuaque geſtatur: minores uero quas lolligines uocant: latiorēm hanc habent nec angustum ut polybi & ſepiae: neque circumactam per totum alueum: ſed de medio orſam: cauſa cur eam habeant eſt: ut hant: & ſe dirigant ut uolucres cauda: pennis condita: pifces paene catilaginata geruntur: polypis hoc minimum eſt: minimeq; confiſcipuum: quoniam paruum habeant alueum: quem ſati ſuis pedibus dirigere poſſint. Atque de inſectis: de reſtaſis: de mollibus: dictum iam eſt: tam de interioribus quam de exte/rioribus partibus.

De exterioribus partibus animalium uiuiparog; fanguinisq; p̄aditorum & eorū cū ho/mine in hiis partibus differentia.

CAP. VIII.

**D**Ex genere ſanguineo uiuiparo denuo diſſerendum eſt initio reperto: a reliquo partium ea/rum que ante expoſitæ ſunt: quas ubi diſſinierimus: continuo de ſanguineis ouiparis pari/modo dicemus: partes quibus caput animalium conſtar & ceruix: & collum explicatae iam ſunt: habent autem caput animalia omnia ſanguine p̄adita: exanguium nonnullis indiſcre/tum hoc eſt: ut cancri collum omnibus uiuiparis eſt: ouiparorum aliis eſt alis deſt. Quæ enim pul/monen habent: collum etiam optinent. Quæ autem ſpiritu extrinſecus non accipiunt: parent hac parte. Caput celebri gratiam potiſſimum eſt: hanc enim partem genus omne ſanguineum habeat ne/cesse eſt: & quidem loco obiecto cordi ob eas quas expoſuitimus cauſas: ſed natura leſſum etiam non/nulos in eo collocauit: quoniam ſanguis eius membris temperatus modice ſit: & idoneus: tum ad cere/brum tepeſaciendum: tum a ſenſuum tranquillitatē: atq; integratatem. Tertiā item partem subie/cit eam quæ adiutum cibo p̄aſeret: hic enim commode colloſaretur: quippe cum neq; ſupra cor: & ui/tale principiū: ueteri coſtituit poſſet: neq; ſi inſerius q; nunc eſt poneretur fieri poſſet: ut aque adiutus cibo pateret: corporis enim prolīxior longitudo faceret: ut longe a principio mouēndi & concoquendi diſtare. Sed enim caput ea cā conditū eſt: collū aut arteriæ gratia habetur: quippe quod eā atq; etiam gulā p̄tegat: amplexuq; ſuo tueat: hoc cæteris aſalibus flexibile: & uertebris cōpactū ē. At lupo & leoni oſſe perpetuo riget: commodius enim ad robur quam ad tæteros uſus collum iſſe natura uoluit a collo & capite crura priora pectusq; habentur: ſed hō uice pedū priog; brachia & quas manus dicimus habet. Solus enim animaliū oſum eructus eſt: Quoniam eis natura atq; ſubſtantia diuina eſt: officium autem diuini eſt intelligere: atq; ſapere: quod non facile eſſet ſi uasta corporis molles affideret: pōdūs. n. tardiorē reddit: & mentem & ſenſum communem: quāobrem concretionē: & pondere grauiora op/primente: corpora uergere in terram neceſſe eſt: itaq; natura tute conſulens pro brachii: & manibus crura priora quadrupedibus fulto ſubdidit. Nam poſteriora bina omnibus gressilibus eſſe neceſſe eſt: quog; igitur anima pondus uiftinere non poſſet: hac quadrupeda facta ſunt: animalia nāq; omnia ex/cepto homine formā gerunt pomiliois: eſt enim pomilio cuius pars superior magna eſt: iſerius quæ uiftinet pondus motuq; exercet: parua: minimeq; reſpondens superiori ſuperiore intelligi eam uolo: quæ a capite uſq; ad excrementi oſtium pertendit: qua pectus etiam cōtinetur: hominibus igitur hac pars modice ad iſeriem condita eſt: multoq; minor adulris iam pefectiſq; euadit: iſantibus. n. & diuerſo eſt ſuperior magna iſerior minor: eſt quāobrem ſerpunt iſantib; nec ambulare poſſunt: iā principio ne ſerpere quidem poſſunt: ſed immobiles iacent: omnes enim iſantes pomiliois ſunt: tū proſectu atq; atat: hominibus pars iſerior augetur: quadrupedibus contra: iſerior primum maxima eſt: tum proceſſu temporis ſuperior crescit: quæ ſea eſt ab aro ad caput porrecta ē: unde fit ut pul/li equini paulo ſuis parentibus ſint ſummiſiores: atq; adulti crure poſteriori caput attingere neque/unt: quod nouelli facile attingunt. Sollipeda & bifurca ita ſe habent: digitata aurem cornuq; uacua for/ma quidē & ipſa pomiliois ſunt ſed minus: quāobrem pars eorum iſerior ad ſuperiore defectus ra/tione incrementum caperit. Auium etiam & pifciū genus oēq; ſanguine p̄aditū: forma pomilio/nis eſt: ut dixi. Quāobrem bruta homibus ſunt dementiora: etenim iñter homines: pueri uiris: &

inter uiros pomiliones mente deficiunt: quanq; altis uiribus forte ualeant: cuius rei causa q; diximus e: q; principium animi admodum difficile motu: corpulentumq; in iis est: addo etiā q; cum minus rema neat caloris qui effera: plus autem terrene portionis superfit: efficitur ut corpus animalis: tū minus: tū etiam multipes formetur demūq; expes: prostratuq; in terra pra; inopia caloris proueniat: sensimq; p' tedendo ita degenerat: ut principium uitale caputq; infra habeat: ad postremum immobile sit: & sensu vacuum plantau: estruere mutata: ut superiora ifra: inferiora supra habeat: radix enim plantarum uim optinet oris & capitis: semen contra supra: extremisq; ramis consistit. Sed quā ob causam animalium aliud bipes: aliud multipes: aliud omnino expes: & cur alia plantæ: alia animalia confiterint: explicatum iā est: atq; etiam qua de causa homo animalium unus erectus est: utq; erectus suape natura: nō de fiderat crura priora: sed pro iis brachia & manus a natura recepit. Anaxagoras igitur hominē prudēt: simū oīum animaliū eē ait: quoniā unus omnium manus optinet: sed recta ratio exigit: ut quoniā prudētissimus oīum est: ideo manus receptor: manus enim instrumentum sunt natura autem ut homo prudens: ita tribuere solet cuiq; rem qua uti possit: erectus enim tibia dabatur perito tibia: quā tibiam habenti peritia tibia addetur: rem enim minorem maiori potioriq; natura: addidit: non maiores nobiliorēq; minor quod si ita melius est: natura autē ex iis que fieri possunt facere solet quod melius fit homo nō ppter manus prudentissimus est: sed quia prudentissimus omnū animalium est: ideo manus optinet: qui enim prudentissimus est: recte plurimis uti instrumentis potest: manus autem esse uidetur non unū instrumentum: sed multa: est enim (ut ita loquar) instrumentū ante instrumenta: natura igitur ei q; gares plurimas recipere potest: manus reddidit quā ad plura instrumenta utilis est. Qui autē hominem non bene: sed deterrime omnium animalium constare aiunt: nudum enim atq; inermem creatum referunt: non recte si sentiunt: cetera enim animalia unum auxilium habent: idq; nullo pacto possunt permutare: sed quasi calceata semper dormire: ac omnia agere: nec uestitum unquam deponere pleniorem: neq; arma mutare quaē semel accepert necesse est. At homini multa habere auxilia licet: eaq; subinde mutare arma etiam quaē uelit: & ubi uelit capere potest: manus enim & unguis est: & ungula: & cornu: & hafta: & ensis: & quodus aliud genus armorum: aut instrumentorū quippe quā oīa hac sit: quoniā omnia & sumere potest: & terene: cui manus naturæ forma etiā exhibita est cōgrua: diuisa enim & multifida est: nam i eius diuisiōe: componēdi facultas est: i compositione uis diuidēdi esse nō posset uti et eadē mō simplici dupli: & oīo multifidam licet. Quā & flexus digitorum ad capiēdū premēdūm q; cōmodissime habent: unus a latere adiunctus est digitus: ilq; breuis: & crassus sed nō lōgus: ut. n. si manus oīo decesset p̄tās capiēdi nō fieret nisi digitus hic a latere adesset: nō eadē illa facultas p̄be daretur: hic enim a parte inferiori sursum premit: ut cetera a superiori deorsum: qd fieri ita oportet si ualide quasi copula forti colligandū sit: pollet hic plurimum ut unus multis æquiparet: breuis etiā est: ut robustus sit: & quoniā nullam p̄staret: commodatatem si longus esset: recte etiā nouissimus digitus parvus est: & medius longus tanquam remus nauigii medius: quod enim officio capitū: circum per medium digitorum complecti potissimum necesse est. Sed enim pollex & magnus q; a latere iunctus ē: ideo appellatur: quāq; parvus sit: quia ceteri sine eo inuitiles sere suntungues etiam recte natura molita est: quippe quāc ceteris animalibus eos uel ad usum alium dederit: homini autem experimenti tātū gratia excogitari digitos enim extremitates integunt & tuetur: flexus brachiorum homini tum ad cibum ammuendū: tum ad ceteros usus contra quam quadrupedum generi agunt illis nāq; introrsus poplites flecti necesse est: ut ad gressum utiles sint: uifum enim pedum p̄stāt artus priores: quāq; illius etiam generis ea quaē digitata sunt non modo ad gressum utūt prioribus cruribus: uerum etiam ad manus officia uti nituntur: quippe quāc & capiāt prioribus cruribus & repugnēt quod solipedes posterioribus faciunt: non enim crura eorum priora cubitis manibusq; proportionē respondent ut nōnullorum ex iis: quorum pedes in digitos sinduntur ob id pedes priores quinī distinctos digitis habent posteriores quaternis: ut Leones: & canes atq; etiam Lupi: & Panthera: quintus enim eorum quinto magnoq; manus respondet. Sed quae parva inter digitata sunt posteriores etiam quīq; digitos optinent: quoniā serpē scilicet ut uingibus numerofioribus apprehendēdo facilius obrumpant ad sublimiora. Pectus inter lacertos homini constitutum est: ceteris inter crura priora latum: id esse in homine ratione permittitur: cum nihil lacerti adiuncti lateribus impediāt. At quadrupedibus q; ante se crura cum ambulant locumq; mutant: protendunt: pars hæc coartata ē: unde fit: ne quadrupedes ex loco habeant mammas: nam homini q; & spatii laxitas permitit & carnosā ea pars ē: cum operiti sedem cordis conueniat: mammæ pectori aformatæ sunt: carnulenta: maribus quidem ob eam quam diximus causam: sed foemini ad alterum quoq; opus: natura mammis abutitur: quod eam læpe facere dicimus: cibum enim in iis recondit suis parvulis: binæ homini mammæ quoniā binæ sunt partes dextra & sinistra: duriusculæ: spacio interposito disternantur: quod & costæ eodē loco sibi coeant: fine ulla molesta: ceteris animalibus mam mæ in pectori haberit inter crura nō posse sunt. Ita enim gressum impedirent: pluribus autem locis aliis habentur sine ullo impedimento: quibus enim solida unguila: aut cornua: & partus numero parciori: hæc mammas inter femora habent: easque binas. Quā autē numeroso partu: & pede multifido sunt: hæc aut plures per uētrem dupliciti ordine utroq; de letere gerunt: ut sues: ut canes: aut binas tātū medio uentre ut leo: cuius rei causa est: nō q; parsiflime generat: nam plures quāduo interdum adit: sed qd minus lacte abundat: cibū enim quē raro assumit quoniā carniuq; est: in corpus absunit. Elephas duas tātū habet easq; sub harmis. Causa

## DE PARTIBVS ANIMALIVM

cur duas habeant: q; unis prolixi est: cur non inter femora quod multifidum est nullū enim inter femora habet: cui pedes discreti in digitos sunt: cur supra sub armis: q; in iis quæ plures optinent māmas & pri mæ sunt: & plurimum lāctis hauriunt: quæ ea parte continetur: argumēto est: quod scrofae facere asfō lent porcī enim aditī primi māmamas præbent primas: ergo qui unum est quod primum in lucem prodit: id primas habeat māmamas necessarē est primæ autem quæ sub armis habēt. Elephas hac de causa duas: eocq; loco māmamas habet: quæ autem multiprolixi sunt: hæc toto uentre exuberant: cuius rei causa: est: q; ea quæ prolem numerosiorem educatura: sint māmamas desiderant numerosiores: quas cū per latitudinem non nisi duas habere possint uidelicet ratione bipartiti corporis: in dextrum finistrūq; per longitudinem habeant necesse est. Locus autem unus qui inter priora & posteriora crura iteraret: porrectus per longitudinem est. Quæ autem non multifida sed deprola sunt aut cornuta: hæc inter fe mōra māmamas habent: ut equa: afina: camelus: hæc enim singulos parvū & pes equo & afino foli dus: camelō bisulcus: cerua etiam capra: uaccus: & reliq; generis eiusdem māmamas parte eadem gerunt: cuius rei causa est: q; hæc sursum uersus capiāt sui corporis incremēta: itaq; ubi cōfluit & copia excre menti sanguinis: parti motus agitur alimenti inde etiam capi alimentum potest: sed enim homo & fo mina & mas habet in māmamas: in cæteris mares nonnulli carent: ut equi: non enim oēs sed tantū q; ma tri similes prodire habent: de māmamis dictū iam est. A pectore uenter subiacet costis non clusilis: ob eam quā ante reddidimus cām. f. ne aut cibi tumorem qui per calorem necessario euenit: aut uteros ple nos impedit: finem autem thoracis appellati faciunt partes: que ostium excremēti: tum siccū tum hu midi continent natura uero parte eadem tum ad humidi excrementi exitum: tum ad rem uenercam uitur in sexu: tum foeminino: tum etiam masculino omni sanguineo exceptis paucis in omnique ui uparo gerere nullo excepto: cuius rei causa est: q; genitura humor quidam excrementum est: sed hoc ita est: nunc subiiciāt: post demonstrabit: foeminæ etiā pari mō mestrua parte eadē emitūt: sed de iis quoq; postea diffiniemus: nunc illud subiaceat: mestrua & foeminæ excremēti effe & uacatē materiæ: humida autē suapte natura sunt mestrua & genitura: itaq; eoz profusionem similibus eisdēq; tribui partibus ratio est: intus autem quemadmodum se habeant: & qua differant ratione: semen genitale & gestatio uteri ex animaliū historia: cōmētatione: apertum est: & cū de generatione agemus dicet: for mas etiam harum partium tales necessario ad officium propositum esse debere: quales: iā sunt obscuræ non est: sed maris instrumentum alterum ad altero differt: pro discrimine corporeo: nō enī ægneruola natura omnia constant: augeretur etiam & minuitur hoc unum membrum: sine illa morbi mutatione: horum enim alterum utile & coitum: alterq; ad cæteros corporis usus commodiū est. Nā si semp simili modo se haberet: impedimento nimiū esse constat: hoc membrum ex eiusmodi partibus: ut coq; q; mō dixi utrūq; possit euenire: parti. n. neruū parti cartilagineū hēt: itaq; & contrahit potest: & extendit: atq; et flatus capax est. Sed quadrupedes foeminæ omnes in auersum mingunt. Quippe quæ genitale non alibi cōmodius habere possint ad coitum. Mares uero perpauci iā auersum mingunt: ut lynx: leo: came lus: lepus. Sollipes nullum sic mingit: hominis partes posteriores: & crura: peculiari modo præ quadrupedibus habentur: caudam omnia fere non solum uiupara: sed etiam ouipara habēt: nam: & si pleriq; magnitudine membrum id caret: tamen aliquid prominet: quod caudā describere possit: homo unus cauda uacat: nates habet: quod nulli quadrupedum datum ē: crura etiam homini femore surag; carnu lenta sunt: cum cætra animalia omnia non modo uiupara: uerum etiam quæcūq; cruribus constant: uacua carne hæc habent: neruosa enim osculenta: spinosæ: rigida: quorum causa una est: prope dixerim omnium: q; homo solus animalium erectus ē: ut igitur facile sustinere superiora posset: natura corpori lentiam parti superiori dempsit: inferiori addidit: itaq; nates carnosas fecit: & femora & suras: sed nates uel ad corporis requiem utiles reddidit: quadrupedes enim stare diu infatigatis uiribus possunt: utq; quasi iaceant: cum quaternis fultis innitantur. At uero homines non facile erecto corpore stando du rant: sed requiem sedileq; desiderant: homo igitur nates & crura carnosa habet: ob eam quam diximus causam: & cauda ob eam rem uacat alimetūt enim quod caudam adit in hæc ipsa absuntur: ususq; caudæ necessarius defuit: quoniam nates sua corpulentia satis operiūt. At quadrupedes & reliqua ani malia econtrario cum. n. forma pomiliosis degenerant: parte sui superiore: pondus omnemq; corpori lentiam sustinent scilicet deemptam parti inferiori. Itaq; crura habet rigidiora: & natibus uacua: sed ut pars q; exitum excremēto ministrat: protegeret & custodiretur caudam iis natura reddidit: sublatō qd ad crura deferretur alimento. Simia q; forma ambigua sit: ut & in neutro & in utroq; genere sit consti tuēda: ideo nec caudā habent: neq; nates: uidelicet ut bipes cauda uacat ut quadrupes naribus. Caudæ at plures differentiæ sunt: & natura iis quoq; abutit: cum nō modo ad integrēdam tuēdamq; sedem utatur: uerum etiam ad reliqui corporis usum atq; utilitatem: pedes quadrupedum inter se differunt: aliis enim solidi: aliis multisolidi: solidi sunt eorum quibus præ corporis magnitudine: copiag; terrenae portionis: pro cornu aut dente: materia ad unguis naturam secesserit: sed enim ex ea copia p pluribus unguibus unus unguis. f. unguia coalescit. Talo ē ob eam rem carent (qd magna ex parte dixerim) atq; et q; si talus adesset: crura posteriora difficilis flecteretur celerius. n. & apīunt: & claudunt: q; singulis angulis constent: quem pluribus. Talus autem ut qui clausus est: tanq; ualiens autus duobus hisce ife ritur: pondus quidē afferet: sed gradū efficiēs tutiorē: hinc. n. & ea quæ talū habēt nō i prioribus sed po sterioribus tantū cruribus cū continet quoniā leuiora flexibilioraq; esse debet quæ præcedat firmio.

ra autem contentiora; esse posteriora congruit: ad repugnandum etiam inferendumq; ictum ueche mentiorem commodius ita constant: genus autem hoc animalium cruribus ita uti posterioribus solet: bisulca talum habere certum est: iis enim posteriora sūt pleniora: & quoniā talum habeat sollipeda esse non possunt: quasi os quod pedi deest: maneat in suffragine: digitatis talus non est. Nam si esset digitata non essent: sed tantum latitudinis fideretur: quantum talus occuparet: q̄obrem ea qua talum habent: magna ex parte bisulca: sunt. Homini pedes omnium maximis proportione magnitudinis me rito: folus enim erebus est: qui duo pondus corporis totum suscepturni essent longitudinem latitudinemq; optinere debuerunt: ditorum etiam manus magnitudo contra q̄ pedis est ratio: manus. n. officium est capere atq; præmere: itaq; longos habeat dgitos oportet: manus enim parte qua se flebit compræhendit: pedis autem officium est tute constare: quod ea parte pedis effici putandum est: quae iusta fissa est: extreum autem fissum quam infissum esse melius est: nam spes totus infissus est: totus co sentiret parte aliqua laborante: quod fisco in dgitos æque accidere non potest: breues etiam minus offendendi laediq; possunt: q̄obrem hominum pedes multifidi & brevidigitū sunt. Vnguiū genus eadē cau fa pedes qua manus optinent: extrema enim operienda munientur: potissimum sunt propter imbecillitatem: de animalibus sanguineis: uiuiparis: terrestribus: fere omnibus dictum iam est.

De partibus animalium ouiparorum partim quadrupedum partim expedium & quam ob causam sic a natura digeste sint.

CAP. X.

**S**anguinea uero ouipara partim quadrupeda sunt: partim expedia: quale unum tantummodo genus serpentum est: causam q̄obrem id pedibus uacet: reddidimus cum de gressu animalium ageremus: cætera eius forma simili quadrupedibus ouiparis sunt: habent hæc animalia caput partesq; capitis eisdem de causa quibus cætera sanguinea genera. Linguam etiam in ore continent omnia excepto uno crocodilo fluuiatili: hunc enim non nisi locum tantummodo ligue habere puraueris: cuius rei causa est q̄ idem & terretur: & aquatilis quodammodo est: ergo ut terretur locum optinet lingua: ut aquaticus elinguis est: pisces enim ut dictum est: aut nullam habere linguam uidentur nisi uelud resupinetur: aut explanantur: causa est: q̄ iis linguae usus perquam exiguis est: quoniam mandere prægustareq; non possint: sed in deuorando sensum uoluptratemq; cibi capiat: lingua enim sensum mouet saporum: aesculentorum autem omnium uoluptras in descendendo continet: dum enim deglutimus pingua sentimus: & falsa: & dulcia & reliqua generis eiusdem: sensum igit hunc animalia etiam ouipara habent: & omnium fere condimentorum aesculentorumq; in deuorando gulæ tactione suauitas exsift: & gratia q̄obrem non qui portionū saporūq; incontinentes sunt: idem etiā condimentis ac cibo luxuriant. Sed cū cæteris aialibus sensus quoq; gustandi adiunctus sit illis qđ alter quasi unus tributus est. Lacertis ex quadrupedibus ouiparis lingua bifida ut serpentibus: parteq; extrema pilosa admodū: ut dictū īā est: quinetā uitulis marinis lingua bisulca est: q̄obrem hæc animalia oīa tenua fuit. Serriatis etiā dēbitis quadrupedes ouipara sunt modo pisces. Senioria autem oīa simili modo atq; cætera aialia habent uerbi gratia nares olfaciendi: oculos uidendi: aures: audiendi sensuum: non tamē hæc equinum: quomodo ne auibus quidē sed foramina tantū habetur causa: utrisq; duritia cutis est: alata enim penna altera cortice integuntur: cortex loco squamæ & simile est: sed sua natura rigidor atq; durior: quod in testudine atq; serpertiis magnis & crocodilo fluuiarii palam fit: firmitior enim osse euadit ut qui talem naturā sortiatur. Palpebræ superiore hæc animalia non mouent: ut ne aues quidē: sed inferiore connuent ea de causa quā cū de illis ageremus: reddidimus: sed cū autū non nullæ ab angulis membrana obeuntur: haec non nictantur. Sunt: oculis durioribus quā aues: causa est: q̄ illis utpote uolucribus acumen cernendi cōmodius ad uitæ munera sit: hæc autē quoniam cœnaria subire oīa solent: minus cernendi usum exquisiti requiri nt. Sed cū caput in partes duas dividatur scilicet superiorē & inferiorē maxillam: homo & uiuiparae quadrupedes: maxilla sursum deorsum deorsum deorsum atq; latera agitat: pisces uero & aues & ouiparae quadrupedes: sursum deorsumq; tātu mouent: causa est: q̄ eiūsmodi motus utilis ad mordendū fecādū: qui autē ī latus agitur: ad cibū mōlēndū cōficiendūq; accōmodatū. Quæ igitur dētes habet maxillares: iis motus cōmode agitur in latut. Quæ autē maxillarybus carent iis nullo pacto utilis motus hic est: q̄obrem sublatus iis omnibus est: nihil enim natura superuacuum facit. Cætera omnia maxillam mouent inferiorē: crocodilus fluuiatilis unus superiore: cuius rei causa est: q̄ pedes ad capiendum retinendūq; inutilis habet: parui enim admodum sunt itaq; adhunc usum natura os ei pro pedibus utile condidit. Ad retinēdum uero unde iestis inferri uehementius potest: inde motus cōmodius agitur: inservit autē uehementius desperat quā de parte inferiore: ergo cum utriusq; tum capiendi: tum mordendi usus ore administretur: magis autē necessariū retinendi officiū sit: cui nec manus sint: neq; pedes idonei: cōmodius iis est mouere superiore maxilla quā inferiorē. Quod idē causa est cur ēt cancri superiorē sui forcipis partem moueant: in inferiore: habent enim pro manu forcipem: illū itaq; utilē ad capiendū non ad mordendum forcipē esse oportet: mordendi autem secundiq; officiū dentis est: cancri igitur cæterisq; quibus licet: ociofius cibum capere: quoniam in humore non sint: oris usus partitus est: ut manibus aut pedibus capiant ore fecent & mordeant: at crocodilis os in utrūq; usum utile factum est a natura: cum ita maxilla moueantur. Collum etiā omnia huiuscmodi animalia optinent: propter pulmonem: quippe quæ aerem p arteriae fistulā producōre: & accipiant & reddant: collū enim id appellamus quod inter caput & har mos humore ūe iteracet. Serpens iter hæc collū minime. Sed proportionale colli habere uideri potest.

## DE PARTIBVS ANIMALIVM

Si quidem extremis quæ modo dixi pars hæc describenda est: proprium serpentibus præ cæteris eiusdem generis animantibus est: ut caput tertere in auersum: reliquo quiescente corpore ualeat: cuius rei causa est q[uod] modo insectorum structura uolubili constant: ut uerte bras cartilaginosas & flexibiles habent: euenit igitur id serpentibus necessarium: hac de causa: ad melius uero ut ita uitare possint: quæ ab auero nocent: cum enim prælongo sint corpore & pedibus careant: inepti sunt ad se conuentendum: tueruntq[ue] contra ea quæ a tergo incurvati: nihil enim utilitatis esset: si caput erigere quidem possent. Sed circuagere nequirent. Habent hæc & eam quæ pectori proportionetur partem: mammae: nec ea parte nec uipiam sui corporis continent: aues etiam mammae carent: cuius rei causa est: q[uod] nullus ex iis habent lac: mamma enim conceptaculum: & tāq[ue] lachis est: nec solum hæc sed etiam quæcumq[ue] non uiuipara intra se sunt: lacte vacant: quoniam oua parienti in ouo autem lacteis ille cibus ingenitus ouiparis continetur: sed de his planius dicetur: cum de generatione agemus: de inflexu curuarum partium consideratum iam est: cum de communi animalium gressu ageremus. Caudam etiam genus id animalium habet: partim prolixiorum: partim breuiorium: cuius rei causa ante in uniuersum reddidimus. Ominus uero ouiparorum pedestris tenuissimus chamæleo est: quippe qui omnium maxime in opia sanguinis rigeat: causa ad mores animas eius referenda est: præ nimo namq[ue] mortuus multiformis efficit: mortuus enim refrigeratio per inopiam sanguinis calorificatur est. De partibus animalium sanguinei generis: tum expedium: tum quadrupedum: aut bipedum. Quæ nō sint extra: & qua de causa dictum fere est.

De partibus auium exterioribus & earum differentiis: qualiter ob causas sic a natura posse sint.

CAP. XI.

**A**ves autem discrimine inter se discrepant: eo q[uod] in excessu defectu ue partium: & in plurim minoris ratione uersari percipimus. Sunt enim earum aliae longe crure: aliae brevi: linguam etiam aliae latiusculam habent: aliae angustam: eodemque modo reliquis partibus differunt. At priuatum inter se paulo ratione partium differunt: q[uod] a cæteris forma etiam partium dicere possunt: pennatum enim genus omnium auium est: idque proprium habet ad cæteram animalia: cum enim alia squama: aut cortice tegantur: aues penna operata sunt: pennamque habent fissam: nec simili specie: atque ea quæ totipenna a pennæcontinuitate appello: his enim fissâ illis infissa est penna: & altera excusilla: altera cauata est: quinetiam capite rostro naturam singularem ac propriam præ cæteris gerunt: elephantis enim naris pro manibus est: in se fisi quibusdam. Lingua oris officio fungitur: ac his uide dentium manusque rostrum osseum datum est: de sensu uero locis dictum iam est: collum auibus quoque porrectum: eademque de causa qua cæteris est: hoc alii breue: alii longum: & fere pro crurū modo: magna ex parte descriptum est. Quibus enim longa sunt: crura: iis collum longum: cōtra quibus brevia crura iis collum breue: præter quam palmipedibus. Collum enim nec breue: cū curibus longis: nec longum cum brevibus: pastum administrare ex terra potest: carniuoris etiā uolucribus longitudo colli incommoda est: imbecille enim quod prolixum est: uis autem uictus beneficio uiuum cōparatur: quælibet nulli collum longum: cui unguis aduncit palmipedes: & quæ diuisit: sed parum diductis digitis sunt: ut quæ eodem genere cum palmipedibus continueantur collum longius habent: tale enim ad cibum: ex humore petendum commodius est: sed crura iis brevia: ut melius nature possint. Rostra etiam inter se differunt uictus ratione: aliis enim rectum: aliis uncum rostrum est: rectum iis quæ cipi capiendo gratia tantum id habent: uncum carniuoris. Tale enim: utile est ad retinendū: iis quæ raptu uiuant: & cibum ex animalibus petere necesse habeant: quibus autem uictus ratio placida herbisq[ue] comparanda est: iis rostrum latum: hoc enim & ad effodiendum pabulum: & ad euelendum: & ad tondendum commodius est: nonnullis longum: ut & collum: quoniam cibum ex alto capere soleant & quidem bona pars tum earum: tum etiam palmipedum: aut sipliciter aut parte eadē captura bestiolarum quarūdam aquatilium uiuit. Itaq[ue] fit ut collo quasi harūdine pectoria: rostro autem ueluti linea & hamo utantur: partes uero prona lupinæq[ue]: & thorax appellatus: quadrupedum confusus in genere auium habentur: aliae enim pro brachiis & prioribus pedibus dependent: membrum peculiare auium: quælibet pro spatulis extrema alarum dorso adhaerent. Crura ut in homine bina: sed intro flectenda: ut quadrupedum suffragines: nō ut hominis poplites foras alas autē quas uicē crurum priusq[ue] coplere modo diximus ī orbem agit: bipes necessarium est genus auiū: iter ea quæ sanguinem habent: atq[ue] cōalige. Cū. n. sanguinea quæq[ue] nō pluribus q[uod] quaternis notis mouantur: mēbra pēdētia quaterna: uibus quoq[ue] fuitur cæteris gressilibus: & pedestribus: q[uod] illis brachia aut crura quaterna: auibus uice crurū priorū brachiorū: alia cōmune datū est mēbru: hac. n. uolatiles sunt: quæ quidē uolant uis in auis essentia cōtinetur: itaq[ue] necessarium restat ut bipedes sint: ita. n. notis siue signis quaternis alis scilicet additis mouantur. Pectus acutum carnosumq[ue]: auctū ut melius uolat: lata. n. quia multum aeris propellunt: difficilius mouentur carnosumq[ue]: quia quod acutum ēnīsi plene operat sit ibecillū ē. Pectori uenter subiacet ad ostium usq[ue] exremeti: & suffraginem trudēs: nō aliter q[uod] ī quadrupedū atq[ue] hominum genere: igitur inter alas & crura partes ha[bi]tū posita sunt. Vmbilicum oīa habent: quæ uel utro uiparis ædūtū: uel ouo ouiparis excludunt: sed auibus iā adulitis hic delitescit: scertusq[ue] est ut partet p[ro] generationē eoz: itestimū nāq[ue] coalitum umbilicus auiū cōsistit: nō uenax: pars illa est ut ī uiparis genere. Item auium aliæ uolaces: aliae grādibus: atq[ue] ualidis sunt: ut quæ unguis hēt aduncos: & carnes uescuntur uolaces. n. tota uita esse necesse ē: itaq[ue] pennis abundant: & alarum magnitudine præstāt: sed non modo quæ uncis sunt unguibus: uerū alia quoq[ue] genera uolucrū uolatu superant: uidelicet ea

quæ uel perniciitate uolandæ se fereantur: uel loca mutare soleant: sunt quæ nō uolaces: sed graues sint: quibus uita terrena: & aut fruge uiuant aut nant: & apud aquas imorantur. Corpora uncungium exi gua sunt: exceptis alis: quoniam alimenti copia in alas: & arma præsidiumq; absunt: cōtra quæ uolaces non sunt: iis corpora in molem euadunt grandiora: atq; ita efficitur ut sint grauires. Sed graz uium nonnullis præsidio calcar est: quod uice alarum suis cruris gerunt: eadem uero quæ & calcar ha beat: & ungues aduncos: nulla est: causa est q; natura nihil superuacuum facit: uolaci autem uncungi generi calcar usui esse non potest: utile enim tantum in pedeſtri certamine est: quamobrem grauium nonnullis adiunctum est: quibus ungues astincti non solum iniutiles sed etiam nocui effent: cum ad ſolum hererent: & contra ingressum infixi reniterentur: quāobrem uncungues omnes difficulter ambulant: nec in faxis confidunt: natura enim eiusmodi unguiū contraria in utrūq; eſt: euenit id per generationem necelario: cum quod terrenum & procax in corpore eſt: formam partim commodarum ad pugnam recipiat: itaq; ubi ſurfum prouerit: roſtri duritiam aut magnitudinem facit: ubi deorsum la plūm eſt: calcaria cruribus ualida effingit: aut pedibus unguiū magnitudinem & robur: Simil autē hæc singula locis diuerſis efficeri non potest: distracta enim excrementi eius natura inualida redditur. Item alius crurum longitudinem condidit: aliis pedum interualla compleat digitosq; in palmæ effigiem contextit: quo fit necelario: ut aues apte ad nādum: aut omnino palmipedes sint: aut discrētos quidem habeant dīgitos: fed singulis annexa latitudine cutis: ueluti spadiculas duetu perpetuo gerant: hæc neceſſario his de cauſis ueniunt: quod autem ad nota meliori rationem attinet pedes eiusmodi habent: uitæ quam deguit gratia: ut cum in humore uiuant: nec pennis utantur: pedes ad nādum utiles habent: iis enim perinde utuntur ut remis nautæ: & pinnulis suis pīces: quāobrem si uel pīciū pīnnula: uel auīum pedibus interiecta cutis deſtruetur: nare non poterunt. Sunt in genere auīum quæ lōgis cruribus innitantur cuius rei cauſa eſt: q; uita earum paluſtris eſt: natura enim instrumenta ad officiū: non officium ad instrumenta accommodat: quoniā igitur nantes non sint: ideo non palmipedes sunt: q; in ſolo præmolli & lubrico degant: hinc longa iis crura: & dīgitū productiores: flexus etiam plures i dīgitis magna ex parte: fed cum uolaces non sint: & tamen ex eadem materia omnes conſtent: efficitur ut alimento quod cæteris ad caudam transmittatur: iis in crura id abſumptum reddat eam partem auctiōrem: qua propter in uolatu pro cauda iis utuntur: porrectis enim cruribus in auerſum uolat: ita enim fit: ut interuolandum non impedit pedum prolixitas ſed iuuet. At qbus crura breua ſunt: haec ad uentreū contrahit: cruribus uolant: cum enim nullis earum impedimento fit: pedes ita poſiti: tum unguibus: uel ad raptum habentur expeditiores. Quæ longo ſunt collo: ſi id crassius habent: uolat collo porrecto: ſi tenue: curuato feruntur: cum enim tenue praे longitudine quartatur: facile frangi potest. Clunis auibus omnibus eſt: q; non clunem: ſed femora bina habere propter longitudinem: clunis uideantur: quippe cum ad medium uisque uentreū porrigitur. Caufa eſt: q; genus hoc animalium bipes eſt: non erectum: nam ſi modo hominum aut quadrupedum clunem breuem a ſede: cruxq; deinde di recta ſtruſe ſubditum haberet: omnino ſtare nō posſet: homo enim quia erectus eſt: ſtare potest. Quadrupedibus crura priora ad corporis pondus uifinendum ſubditā ſunt. At aues nec erecta ſunt: quoniam ſua natura in pomiliōne degenerat: neque crura habent priora: quoniam alas uice eorum fortiuntur: itaque natura pro iis clunem longiorem emolita duxit ad medium corpusque prounum fulciuit: & crura ſubditid ea parte qua pondere equilibrante: & ambulare equilibrio poſſent: & cōſtare. Sed quam ob cauſam genus auīum bipes non erectum ſit: explicatum iam eſt: cur omne crura carnōla nō habeat: eadem cauſa eſt: quam de quadrupedum cruribus reddidimus. Sunt auibus dīgitū quaterni æque omnibus: tam multifido: q; palmipedi generi. Nam de ſtritione terraſe africae icola poſtea dif finiēmus: ut bifulcus eſt una cum reliquis quæ ad auīum genus habet contrarii. Sed cum omnibus quaterni dīgitū ſint: tres parte priore habentur: unus poſteriorē pro calce: ut tute ſit qui minutus in eſt: in iis que longa habent crura ut in crece euenit: nec eſt quod plures habeat dīgitos: ſed cum talis dīgitorum poſitio in cæteris ſit. In iynce una quam turbinem appellatam dixi utringi bini: cauſa eſt: q; eius corpus minus quam cæterarum propenſum eſt in aduersum. Testes omnibus auibus eſte certum eſt: ſed intus lumbis adhærent: cuius rei cauſam in generationi ratione animalium explicabimus: partes auīum ita ſe habet.

De partibus exterioribus pīciū: & cauſis q̄re ſic a natura institutæ ſint. CAP. XII:

**N**icium genus mutiliatius ite: ac iperfectius q; auīum partibus exterioribus eſt. Nō n. crura nō manus: nō alas hoc habet: cur ita: cauſa iam expoſita eſt. Sed cōtinuo ſimpli corpore a capite i caudam uſq; porrigitur. Cauda uero ipſa nō oībus ſimilis eſt: ſed cum cæteris non euariet planorum nonnullis ſpina cōſtar: & longa eſt: icremētum enim eius partis ad pīcīſ latitudinem tranſit: ut in torpedine: paſtinaca: & ſi quid aliud eiusmodi cartilagineum eſt: hog; igitur cauda spinosa & lōga eſt: quorūdam carnōſa quidem: ſed breuis: eadē cauſa qua & torpedini: nihil enim refert: breuis carnōſa ſit: an longa atq; rigidiōr: cōtra accidit ranis q; enim latitudo earum parte priore minus carnōſa eſt: ideo natura quantum corpuletiē priori ademerat: ſatū poſteriori & caudæ addidit: pīcībus nulla mēbra depédet: quoniam eoz natura natilis eſt: ratione ſuæ ſubſtatiæ: nihil enim ſupuacaneū: nihil fruſtra natura agit. Sed cum ſua ſubſtatiæ ſanguinem habeat: & tamē natiles non grefſiles ſunt pīnulas habēt ut nātes pedibus parent: ut nō pedeflres: ſed aquatiles: pedum enim additio uelis ad motum qui i pedo hoc eſt ſolo agatur: unde & nomē iditū pedibus eſt. Ad hæc fieri nō pōt ut ſi

## DE PARTIBVS ANIMALIVM

mul & quaternas habeant pīnulas:& pedes aut aliud eiusmodi membrum cum sanguineum habeat: Corduli quātū branchiis prædicti:pedes habent:quoniam pēna carent:caudam etiam habet laxam & latam:pīces qui non lati sunt modo rāce aut pastinacæ paternas pīnulas habent:binas parte prona : & binas supinae:neq; est qui habeat plures:sanguine enim careret:binas quæ parte prona lateribus gerunt omnes fere habent:relīquias quæ subditæ sunt:carent nonnulli ex longis & corpulentis ut anguilla:ut conger:& mugilum genus:quod in lacu siphonar nascitur:nūllæ omnino pīnae prælongis & serpentinis speciem referentibus:ut murenae sed flexuoso impulsu corporum:ita humore utuntur:ut terraser pentes:modo:nāq; eodem serpentes natant:quo in sicco repunt.Causa cur id genus pīscium pīnnis careat:adē est:qua serpentes pedibus uacent: cuius rei causa explicauimus:cum de incelsu & motu animalium ageremus:aut enim male mouerentur:aut nullo pacto moueri posse:si quaternas mouēti notas haberent:uix enim mouerentur:sue propinquas inter se haberent siue remotas propter longius interuallum:sed si plures mouendi notas sanguinis uacua essent:hæc eadē causa bipēnibus quoq; pīscibus reddēda est:serpentes enim ea quoq; faciem referunt:& sui corporis flexu pro diuibus pīnnis utuntur:unde fit ut in sicco & repere possint:& diutius uiuere:itaq; alteri non protinus:alteri cum perestrīs naturæ familiares sint:minus examinantur:Qui autem binis tantummodo pīnis natantreas habent:quæ parti pronæ adhaerent:nisi latitudo prohibeat:eaq; iuxta caput positas gerunt qui habent: quoniam eo loco longitudine careant:qua uice pēnarum moueantur:corpus enim eius generis pīscū exporrectum in caudam est.Raia & similes pro pēnis extrema sui corporis latitudine natant.Squatina & rana pēnas lateribus accōmodatas infra gerunt:propter amplitudinē partis superioris:qua autē parti supīnae cōmīflæ:sunt:ea iuxta caput adiunctas habent:nihil enim latitudo impedit:quominus moueantur:sed pro superis illis has gerunt minores iis quæ ad latera applicantur.Torpedo duas iuxta caudā pennis habet:pro reliquis latitudine utitur:& utroq; sui corporis ſemī circulo:quaſi geminis pēnis natat:de partibus capitis & ſensoriis ante dictum est.Pīscium autem genus præ cæteris quaſi sanguinem habent animalibus propriam ſibi branchiorum naturam ſortitum est.Cur ita cauſam cum de spiratione ageremus reddidimus.Quæ autem branchias habent:aut inectas gerunt:aut detectas:ut genus omne cartilagineum:cauſa eft q; cartilagine tum branchia:tum earum tegmenta conſtat.Genus autē hoc omne cartilagineam habet spinam:motus etiam cartilaginei generis lentoſ pigereſt:quoniam non spina aut neruo corroboratur:contra genus spinatum celeriter fertur:tegmentū autem quod brāchias operiat:celeriter moueri oportet:cum branchiarum natura quaſi ad ſpirandi uſum pīscibus data fit:quāobrem in spinatis non modo tegmentum:uerum etiam ipſi branchiarum meatus contra hunc:ut celerius agatur:habent brāchias:aliu multas:aliu paucas:& aliu duplices:aliu ſimplices:ſed no uiffimam ſimplicem magna ex parte:uerum cognitione diligentius ex confectionibus cōmentationeq; animalium petēda eft:cauſa copiæ & inopīa branchiarum caloris cordi inſiti:copia aut inopia eft:i bus enī plus ineſt caloris:hæc celerius moueri oportet:& uehemētius:geminæ autem brāchiae atq; duplices:talem naturam potius quam ſimplices paucioresq; opinent:unde fit:ut nonnulli ex iis qui branchias habent:pauciores minusq; cōtinētes:diu extra aquam uiuere poſſint:ut anguilla:& quicūq; serpentes ſpeciem referunt:non enim multum refrigerationis diſiderant.Sūt & oris diſcriminalis enī os ante & promptū eft:aliuſ inſra:parte supīna:ut delphiniſ: & cartilagineo generi:q; obrem hæc niſi conuerſa reſipinētur:ribum corriperne nequeunt:q; natura non modo ſalutis gratia:cæterog; pīscium feciſſe uidetur:dūn.ſefe iſta cōuerſū:moſa iteredit:qua pīſciſ que ſeſtantur:euadere poſſit:nā oīa id genus rapina pīſciſ uiuū:ueg; ēt ne nimis ſuā deuorādi auideſt explerēt.Cum,n. facilius caperat breui pī ſimodīa ſatiēt perirent.Quoniā etiam cum roſtrū eorum ſtructura tereti:ac tenuiſ ſit:facile ſcindī ūoris habitum nō poſteſt. Ad haec diſferentia exiftit:q; aliis os reſiſtū:aliis ſubide ūacutius cōpreſſū:carne uifcētibus reſiſtū:ut iis quibus ſe peſtīnatim ſtipat dētrīum ſerī:iiſ enim uires ore continētū:compreſſū:& ut modo dixi coartatum iis quæ non carne uescantur.Cutis alii ſquamata (etenim ſquamata pī ſquamata ſe rigiditate tenuitateq; deſtīſ ſumma corporis occupat)aliis aſpera:ut ſquatinae:raia:& reliquis generis eiusdem:aliis lañis:ſed paucissimiſ:cartilaginea ſquamis carent:ſed aſpera cute muniūtū:quoniam ſpīna cartilaginea conſtant:terrenam enim portionem natura ūide ad cutem tranſlūtū:ing; eius aſperitatē abſumpſit.Tefteſ pīſciſ nullus:nec iſtuſ ſe foris habet:nec ſerpentes:aut ex iis aliquid quæ pedibus carent:partem eam habere cōpertū eft.Sed eius uice meatum excremento & generationis uſui accōmodatū ſunt:quem cætera quoq; ouipara eandēque quadrupeda omnia continent:quoniam nec uesciam habent:neq; excremētū humidū ſecernunt: pīſciſ genus hiſ a cæteris animalibus diſcrepat.Delphini balenæ & reliquim cæteriū genus:branchiis carent:ſed fiſtula ſuī pulmonis cauſa continent:qua humorem quem in ore accepere riſt:reſpuant:nam & humorem admitti neceſſe eft:cum cibum in aqua ſummersum capiāt:& admifſum emitti neceſſe eft:branchiæ igitur iis quæ ſpirant:cōode habēt:cauſam uero cum de ſpiratione ageremus reddidimus:haud enim fieri poſteſt:ut idem & branchias habeat:& ſpiret:ſed enim iis ad reſpūēdam aquam fiſtula data eft:quaſe ante cerebrum ſita eft:ne poſtſolita id itercipere a ſpīna:cauſa uero cur pulmonē hæc habēat:& ſpirēt q; maiora alia plus caloris ſibi regrūt:ut poſſint moueri:qua propter pulmo iis iditū ē plenus caloris ſanguinei:ſunt hæc quādāmodo & terrefria & aq;tilia:ut,n. aere terrefrī more trahūt ſic pedibus uacat:& cibū ū humore:modo aquatiliū capiūt.Vituli ē mari ni & uespertilioſ:quoniam ambigāt:alteri cū aquatilibus & terrefribus:alteri cū uolucribus & pede-

stribus: ideo participes & utrorūq; & neutrorū sunt: uituli nāq; marini si ut aquariles inspectantur pē des habent: si ut pedēstrēs: pinnas quippe qui pedes posteriores pisces admodum habeant: atq; etiam dentes omnes ferratos acutosq; uel fertiliones etiam pedes ut uolucres habent: sed ut quadrupedes nō habent: cauda etiam tam quadrupedis uacat: quia pedestres: uolucris: quod iiii necessario accidit: habet enim cutes pennas: nullum autem uolatile caudam habet: nisi penna scisa uolatile sit. Genus enim id caudæ ex penna eiusmodi constat: cauda uero quadrupedis generi uolatili adiunctæ uel impedimento eius pennis proculdubio esset.

De strutione africo & eius natura & forma.

**S** Trutio etiam africus eodem modo: partim auem partim quadrupedem refert: quippe qui non ut quadrupes pennas habeat: ut non aus sublimis non uolat: nec pennas ad uolandum cōmodatas gerit: sed pilis similes. Item quasi quadrupes sit pilos habet palpebras superioris & glaber capite: & parte colli superiore est: itaq; cilia habet pilosiora: sed quasi aus sit: ista pēnis integratur: bipes etiā tāq; aus: bifolcus tāq; quadrupes est: nō. n. digiti habet: sed ungulam bipartitā quage rerum cā est: q; magnitudine non aus: sed quadrupedis est: magnitudinem enim auum minimā eē prope dixerim necessā est: corporis enim molem sublimē moueri nequaq; facile est. Sed de partibus animalium quam ob causam quāq; sint: dictum iam est: per omnia animalium genera. Quācū explicata sint: sequitur ut de generationibus animalium differamus.

distinctum: quia exiguum hoc est & frigidae tritrenæ qualitatibus copia impedit: quam obrem omnia pī scium oua unicolora sunt atq; ad lutea: candida ad candida lutea esse dixens: auium uel subiectanea oua colorem eum duplitem optinent: habent enim ex quo utrung; sit: & unde principium: & unde cibus: sed hæc imperfecta sunt: & maris indiga: fiunt enim foecunda: si quo tempore ineuntur a mare: nec ue ro sexus causa coloris duplicitis est: ut candidum a mare: luteum a foemina sit: sed ambo a foemina pro ficiuntur. Verum alterum frigidum alterum calidum est: in quibus multum coloris est distinguuntur: in quibus parum nistingui non possunt: & ob eam rem conceptus eorum sunt unicolores: ut dictū est: feme autem maris constituit tatum: id eo primum exiguis albulis conceptus auium cernitur: mox tempore procedente luteus totus. Cū iam plus sanguinis admiscetur: postremo secedente calore pars candida circum sisit: quasi humore æque seruete quoquo uerius: candida enim pars oua sua natura humida est. Caloremq; aialem intra se continet: q; obrem circum ipsa discernitur lutea & terrena itus manet: & si plura oua coniecta ī patinam: aut tale aliud uas coquisi igne: ita ne motus caloris citior sit q; ouo: distingit. Idē in uniuersis ouis qd; in singulis evenit: ut lutea cūta in medio constituantur cadi da circiter ambient: sed quā ob causam alia unicolora alia bicolora sunt oua dictum iam est.

De ortu eorum quæ perfectis ouis foras generantur tum auium tum quadrupedū ouū crusta intectum parientium.

CAP. II.

**S**cenatur in ouo principium genitale maris ea parte qua ouum utero adhæret: fitq; proin de dissimile quod bicolor est: nec plane rotundum sed altera parte acutius quoniam partem eam differre oportet: in qua principium illud continetur: quāobrem durius ea ipsa parte est ouum: quam inferiore: principium enim operiendum custodiendum q; est: exit etiam pars oua acuta post: quod enim adhæret: id exire postea conuenit: adhæret autem ea parte: qua principium continetur: & principium ipsum in parte acuta est. Idem in plantarum etiam seminibus modus ē: principium enim feminis adhæret: aut ramo aut putamini: aut pulpe aut in legumine patet: qua enim bivalvis fabarum stries & caterorum id genus coniungitur: hac principiū feminis adhæret. Sed q̄res de incremento ouoru quonāmodo ex utero ueniat: animalia enim per umbilicum capiunt cibum: oua quo cū non modo uermiū ipsa per se recipiant incrementū. At si quid est quo adhærent: id quonā trāseat perfecto iā ouo: nihil. n. tale exiū cū ouo: ut umbilicus cū aialis: quod enim circiter ambit: teste perfecto iā ouo efficitur: recte igitur hoc ita queritur. Sed later: prio mābrāna molle id est: quod postremo tez̄ta efficitur. Perfecto enī ouo durū ac rigidū euadit ita modice: ut exeat adhuc molle: dolorē enī moueret nisi ita exiret: egressum statim refrigeratū duratur euaporato humore q̄ primū qui exiguus inest: relictāq; portione terrena. Huius itaq; mēbrane particula qdā umbilicaris parte acuta principio contrinetur: tenditq; paruis adhuc uelutiflita quod in eieictis inchoatus ouis patet: nā si uis madefacta aut alia causa inalgescens eiecit cruentus adhuc cernitur conceptus: habensq; sibi annexā appendiculā umbilicarię: quā ouo amplius incremente obtenditur latius atq; minuitur: perfectoq; mucro exitū cōplet: mēbrana interior sub hoc umbilico est: que uitellū albumē: ab eo disternet: ubi iā ad consumatio nē uenit: ouū absoluitur totū: & umbilicus ratione nō ilipuer appetat: extremū. n. ultimū eius est. Partus ouog; cōtra atq; aialis eueniit: aīlā enī uerum in caput suūq; principiū nascitur. At ouū quā in pedes cōuerfum exiit: cuius rei causa quod diximus est: q; ouū ea parte qua principiū continetur adhæret. Generatio auium ex ouo ita eueniit: ut incubante & concoquente aue animal ex parte oui seceratur: augeatur ex reliqua parte & conficiatur: natura enim simul & materiā aialis in ouo reponit: & satis cibi incrementū. Cū enim ouis intra se perficere nequeat cibū una parit in ouo: nā iis quā forma animalis nascentur. Cibus in alia corporis parte paratur: quod lac uocatur: uidelicet ī māmis. At auibus hoc idē in ouo natura constituit: sed contra q̄ homines putant: & alcmeon crotoniates ait: non enim albumen oui hic est: sed uitellū: hoc enim pullis pro cibo est: illi albumē pro cibo esse existimant: propter coloris affinitatē. Oritur pullus incubante aue ut dictū est: sed si aut rēpus sit bene tēperatū: aut locus ī quo oua manent tepidus concoquuntur: & auium oua & quadrupedum ouiparum fine parentis ūcubitu: hec enim omnia in terra pariunt concoquuntur: ouia tempe terrænam si quae quadrupedes ouipare frequentantes fouent quā ediderint ouia: custodia gratis potius id faciunt: signuntur uero eodem modo oua quadrupedum: quo auium: crusta enim dura intecta & bicolora sunt: & iuxta cinctū cōsistūt ut auium & reliqua eadem: tum intus: tum extra eueniunt. Itaque omnium causæ eadem consideratione continentur: sed quadrupedum oua: ut ualidiora tempore concoquuntur: auium imbecilliora sunt: atq; ob eam rem parentē desiderant. Tum etiam natura attendere uidetur: ut sensum prouidūt curāq; diligentem erga prolem parentes habeant: sed in genere deteriore hoc facit: quousq; pariant: in aliis quibusdam etiā donec perficiant. Prudentioribus uero plus cura mandatur: ut etiam enutiāt: postremo iis quā prudētia iam maxime p̄dita sunt: consuetudo amor: & caritas in prole etiam adulata seruat ut homini & quadrupedum nonnullis: auibus cura donec pariant & enutiāt: q; obrem & ab incubitu laborant in prole enutiāndia a parti uero deterius afficiuntur: quasi priuate aliquo sibi natuo gestamine: perficitur animal in ouo celerius diebus tepidis: tempe enim iuuatur: nam concoctio est calor quidam: terra enim suo calore concoquit: & quāe incubant: hoc idem faciunt: adhibent enim iuum calorem deprauantur ēt oua & fiunt: quāe urina appellantur: tempore potius calido: idg; ratione: ut enī uina temporibus calidis coaceſcunt fece subuersa (hoc enim causa est ut deprauant) lic oua pereunt uitello corrupto: id. n. in utrisque terrena portio est: quāobrem & uinum obturbatur fece permixta: &

# DE GENERATIONE ANIMALIVM

ouum uitello diffuso: multiparis igitur hoc accidit: merito cum non facile omnibus calor contieniens reddi possit: sed alii deficiat: alii super: & quasi putrefaciendo obturbit: uncū guibus etiam quāuis parum fecūdūs: nihilominus tamē idem euenit. Sæpe n. uel alterū ex duobus urinū fit: sed tertīū semper fere. Cum. n. calida sua natura sint: faciūt ut quis ferueat supra modū humor ouo. lā. n. naturā quoq; contrariam luteū & candidū habēt: luteū nāq; gelu duratur & coit: calore contra humeficit: quapropter cū uel in terra uel per cubitū cōcoquitur humeficit atq; ita pro cibo animalibus nascentibus est. Nec ue in cū ignitur afflatus: durefit: quoniā naturā terrena est ut cāra. Ideoq; cū plus iusto calcifit: nisi ex recremento humido sint sanificati reddūtur: urina. At cādīdū gelu non cōcrescit: fed magis humeficit: causam ante reddidit: ignitū solidescit: quās obre cū ad generationē aīalium cōcoquitor crā. Eſcit: ex hoc enim consistit aīal: luteū autē p. cibo ē: & mēbris subide iſtituendī icremētū hīc administratur: quo circa & cādīdū mēbranis iter se distiguūtū: q̄si natrā habeat. Sed quēadmodū hāc iter se habeant: tū initio generatiōis: tū cōſistentibus aīalibus: atq; etiā de mēbranis & umbilicis diligētūs ex iīs quae per historiā ſcripſimus: conſiderādūm annotandumq; eſt. Ad id autem quod in praetentiā trāctamus tātu aperiūſe fatis eſt. Princípio corde cōſtituto & uena maiore ab eo diſtincta: umbilicus duo de uena ea: dē pertendunt: alter ad mēbranā: quā luteū continet: alter ad mēbranā: cui ſecūdarū species eſt: qua animal obuolutū continetur: quā circa teſte mēbranā eſt. Altero igitur umbilico cibū ex luteo aīlum fit: ſicut luteū copiosius: quipue quod calcſettū reddatur humidiū: cibū enī quoniā corpulentus eſt: humidiū eſſe oportet: qualis plante ſuppeditatur: uiuunt autē principo: & quā in ouis: & quā i animalibus gignuntur uītā plantā: adhārendo enī cāpiunt primū & incrementū & alimentū: alter umbilicus ad ſecundas tendit: ita enī iīs quā ouo naſcuntur animalibus pullū uti luteo existimandū: ut foetus uiuiparus ſua parente uitūr quādū intra parentē continetur. Cū enī non intra parentē nutriānt: quā ouo prouenient partē eius acciūptū aliquā: habentq; ſecū in cibo. Mēbrana uero exteriore nouissima ſanguinolenta hāc perinde ut illa uero utuntur: ſimil autem & luteū & ſecundas testa oui cōplicetur uteri proportione: perinde quāſi quid unum obductum amplectatur foetū: parentēm q; totam: qd: ita eſt: quoniā foetū eſſe in uero & cum parente neceſſe eſt. Itaq; in uiuiparis ueruſ in parente eſt: in ouiparis & diuerso fit: quāſi dixeris parentēm eſſe in uero: luteum eſt enim cibus qui a parente prāfatur: cauſa eſt: quod foetus nutrictio non intra parentēm eſt. Crescētibus umbilicus p̄imū conſiderat qui ſecundis adjungit: hac enim plū exclusiū ſequuntur: reliquum luteū & umbilicus ad luteū pertinens poſt collabitur: cibū enī habeat ſtatim oportet: quod excluſum eſt: nec enim a parentē nutritur: & per ſepſum ſtatim capere cibū non potest: quapropter luteum ſubit cum umbilico: & caro adnaſcitur. Talis ortus eorum eſt: quā ex ouis perfectis foris generantur: tum in aīibus: tum i quadrū pedibus quā ouum crusta intectum dura pariuit. Sed hāc evidētiora in auctioribus ſunt animalibus: nam in minoribus obscura prā ſua exiguitate habentur.

De iīs animantibus quāe perfectū ouum intra ſe pariūt foras autem animal. Quāq; ob causam pīſciū ſua mollia ſint contra aīauim. CAP. III.



Enus etiā pīſciū ouiparū eſt: cuius ea quāe infra continent uerū imperfectū pariūt ouū cauſa quam ante reddidimus. Quāe autem cartilaginea nuncupant perfectū intra ſe ouū pariūt: mox animal foras aduent uno excepto: quam ranam uocant: haec. n. una foras ouū perfectum parit: cauſa natura corporis eſt: caput enim longe grandius reliquo corpore habet: idq; aculeatum ualdeq; asperum: quāobrē nec poſta ſuos catulos intra ſe recipit: neq; principo aīal parit. Capitis enim magnitudo & asperitas ut adiunt: ſic exitum impedit. Et cū cartilagineorū ouū cute molli operiatur: q; enim frigidiora q; aues ſint: nequeunt partem circūdantem indurare: ideo ouū unum ranarum ſolidū durūq; eſt: ut foris ſeruerit: cāterog; humida ſunt natura & molli: operiunt enim intus corpore ſue parentis: ortus ex ouo idem ranis quāe extra perficitur: & iīs quāe intus fed eorū atq; auū ortus partim ſimilis partim diuersus eſt p̄imū enim altero parente uero umbilico: qui ad ſecundas pertinet: quā ſub teſta ambiante poſitā ſunt cuius rei cauſa eſt q; teſta: illam circūdantem nō habent cum nihilo his utilis eē poſſit: parentis enim ipſa integrat & ſeruat. Teſta in ouis aēdētis tutela eſt contra detrimenta quāe de foris ueniant. Tum generatio iīs quoq; ex oui parte extrema eſt: sed nō quā uero adhārent: aues enim ex cacumine oriuntur: quā ouum adhāret cauſa eſt q; auū ouum ſepara tur ab uero. At eorum q̄q; non omnium tamē plurimorum ouum p̄fectū uero adhāret. Cūq; animal extremo innaſciuntur: ouum conſumitum totum quomodo in aīibus cāterog; quorū omniū abſoluitur. demumq; uero umbilicus iam perfectorum adhāret ſimilis modus eorum etiā eſt: quorū oua uero abſoluitur: nonnullis enim eorum ouum perabſoluitur cum perfectū eſt. Quāe res igitur cur ita diſferant aīuim & pīſciū generationes: cauſa eſt: q; auū oua luteum a candido ſe paratum continent: pīſciū unicolora ſunt: miſcētūrg; in iīs iſta uſquequaq; & confundūtū: itaq; nihil prohibet: quo minus econtrario principiū habeant genitale: non ſolum enim parte ſui adhārente tale eſt: ſed etiam altera obiecta alimentū uero ex uero meatibus trahere quibusdam eo ipſo principo facile eſt: apertū hoc eſt iīs ouis quāe nō abſoluitur: nam in nōnullis cartilagineis ouum nō abſoluitur uero: ſed in hārēs deſcedit ad aīal generationē: in quibus animal p̄fectū habet ſiuū umbilicū ex uero conſumpto iā ouo: conſtat igitur uel ante meatus oui eodē tēdere: ſit hoc i mustelorum genere leui coegnomine ut dictū ē: ortus pīſciū his rebus & his de cauſis diſſert ab auū: cāterā eodē uenient modo: alterū enī umbilicū habet ſimiliter ut aues ad luteū: ſic pīſces ad totū ouū: nō eſt. n. huius pars altera lu-

tea altera candida: sed totū est unicolor: atq; ex eo aluntur: consumptioq; parimodo subsidet: & caro cir-  
cum adnascitur. Talis eorum generatio est quae intra se ouū pfectu foras animal pariū.

Quam ob causam pscium oua foras suscipit incrementum.

CAP. IIII.

**A**eteri pisces maxime in parte foras pariū oua omnesq; imperfecta præterquam rana: cuius causam iam reddidimus: eorum: etiam qui imperfectū pariū ouum causa declarat ē. Ortus tero eoz: quoq; ouo proueniens: eodem agitur modo quo cartilagineoz: quae intra se par- riunt: sed incrementum celer atq; ex paruis & ultimum oui durius est. Incrementum oui si- mile uermibus est: animalia enim qua uermē parunt: primo exiguum ædunt quod per se augef sine ullo annexu: causa similitus ut in farina subacta humore: fit enim massa ex parua magna parte solidiore humefcente: humida spirafcente: quod in animalibus natura caloris animalis facit: in massa calor per mixti humorū. Augent igitur oua necessario ea causa: habent enim excrementum massale: sed rei melioris gratia: quoniam fieri non potest: ut totum suum fecremētum recipient propter summā eorum anima- lium fecunditatem: hic enim & parua admodū excernuntur & celeriter augentur: parua q; uteris an- gustior sit: quā ut tantam ouog; copiam possit capere celeriter: nedum p generatione mora in augē- do: prætrahit genus pereat: quando nunc magna pars editi partus iterit: quamobrem genus psciuū præfocundum est: reprehendit. n. & compelsatur a natura iteritus multitudine: sunt quoq; uterus de- hiscat & disrumpatur: ut quae acus uocat p̄ magnitudine ouorum: hæc enim pro multis maiuscū los habet: conceptus: quod enim natura numero ademperat id magnitudini addidit: oua psciuū foris augeri: & quam ob causam dictum iam est.

De ortu cartilagineorum pscium: eosq; qui pisces omnis esse foeminas putant non recte sentire.

CAP. V.

**S**ed ouum eos etiam pisces parere indicium ē: q; uiuipari quoq; pisces ut cartilaginei primū oua inter se pariū. Totum pscium genus ouiparum esse certum est: finem tamen nullum recipit ouum eorum pscium qui sexu maris & foeminae distinguuntur: & per coitum ge- nerant: nisi mas suum semen alsperrat. Sunt qui omnes pisces foeminas esse optinent: exce- ptis cartilagineis: sed non recte: putant enim eos qui mares habiti sunt: differre a suis foeminae modo plantarum: in quibus altera fructificet altera nō: sicut olea & oleaster: fucus & caprificus: sic pisces differre inter se uolunt: præter cartilagineos: de iis non ambiguū: quāq; similis ratio partium seminaliū ī mar- ribus omnibus: tum cartilaginei: tum ouipari generis est: & semen genitale utriusq; suo tempore emit- ti uidetur: uulwas etiam foeminae habent. Atqui non modo ouiparos sed etiam cæteros uulwas habe- re oportet: quāuis diuerfas ut mulæ habent in genere ueterinorum. Si genus totum sexu foemini- no esset nec nisi sterilitate nonnullorum dissideret: nunc uero parti conceptacula habent seminis geni- talis: partim uulwas: atq; in omnibus excepto rubro & hiatala: hoc discrimen est: ut aut conceptacula foeminae prolifici habeant: aut uulwas: difficultas autem qua ita opinari: mouentur: solui facile potest: cu- rem quæ accidit audis: nullum enim ex iis quæ coeunt tam multa parere posse aiunt: idq; recte: quæ enim ex se generant perfecte uel animal uel ouum hæc non ita parunt multa: ut pisces qui oua par- riunt: nam innumera quædam eorum multitudine ouorum est: sed illud non uident q; diuerfa pscium oua ab auī sint: aues enim & quadrupedū ouipare: & si quæ cartilaginea enumerāda sunt ī hoc genere pfectū generat ouū: & qd æditū nō recipiat icremētū: at pisces imperfecta pariū oua q; foris fecremētū iu- stū recipiat: eodem modo mollia & crustata qdē & coire plane cernū: quoniam eoz coitus diuturnor est: altera ē eoz mare esse: alterum uulua habere certum est: absurdum prætereat est: nisi in omnibus generibus eorū hæc habeatur quomodo in uiuiparis est: alterum mas: alterum foemina: causa uero igno- rantiæ eorū qui ita censemq; differentiae quæ multæ ac uariæ in animalium coitu generationeq; sunt non omnes pateant sed paucarum quarundam intuitu. Idē in omnibus ē oportere arbitrentur quā obrem & qui conceptus fieri aiunt captu seminis genitalis quod a foemina pscibus deuoretur: rem de qua uera faciunt: non tenent. Tempore enim eodē mares semen genitale foemina oua habent: & quo foemina proprius ad partum accedit: eo copiosius & humidius redditur semen genitale in mare: & ut incrementum seminis in mare: oui in foemina eodem tempore eueniit: sic emissio: nec enim foeminae uniuersum sed paulatim pariū neq; mares semen suum uniuersum emittunt. Atq; hæc omnia ratione ita usū eueniunt: ut enim in auium genere sunt quae sine coitu oua concipiunt: quāq; pauca & raro: sed p coitum magna ex parte implentur: sic in pscibus eueniit: sed minus. Aequem tamen utroq; in genere in secunda sunt quæ sponte constituerunt: nisi mas suum alsperrit: semen: uidelicet in quibus mas quoq; est. Auibus igitur quoniam oua perfecta exeunt: id fiat cum itus adhuc sunt necesse est: ut pscibus quo- niam imperfecta omnia oua æduntur: quanquā non intus per coitum constituit oua tamen si extra aliq; sum est seruari potest: atq; in hunc usum consumuntur semen marium genitalē: quapropter una cum ouis foeminae subficit atq; minuitur: aspergunt enim mares sequendo in iis quæ subinde æduntur ouis: ergo in pscibus quoq; sexus discrimen maris ac foeminae est omnesque coeunt: nisi sexus alicui generi fit inq; scretus: & sine maris genitura nihil ex iis potest generari: facit enim celeritas coitus psciuū ut eius opinionis autores decipiantur. Tanta enim celeritate rem uenereum peragunt: ut etiam pscib- tores complures leente nemo enim eorum aliquid tale cognitionis gratia obseruatur. Verum tamen coitus uifus est: eodem modo quo. Delphini pisces etiam coeunt amouendo supina per lapsum: quibus impedimento cauda est. Sed Delphinorum abiunctio diuturnior est: pscium uero huiusce-

## DE GENERATIONE ANIMALIVM

modi celerrima est. Itaq; cum eam non cernant: captu siue uoratu seminis & ouorum quem exploratum habent mouentur uel pescatores: ut stultam illam & uulgarem rationem de conceptione piscium afferant: quā & fabulator Herodotus scribit: quali seminis deuoratu pisces impleant: nec uidet id fieri non posse: meatus enim qui per os introredit in uentriculum fertur non in uulua: quodq; uetricum subierit: alimentum id effici necesse est. Concoquitur enim: uuluæ autem plenæ ouorum cernuntur: quā unde quāso subierit?

Contra eos qui coruos & ibin ore coire Mustelam autē ore parere: hyenā duplex genitale habere. Throcum uero seipsum inire opinati sunt.

CAP. VI.

**S**imilis error in generatione quoq; auium evenit. Sunt enim qui coruos & ibin ore coire opīnentur: inter quadrupedes etiam mustelam ore parere. Hac enim & Anaxagoras: & aliū dā naturales auctores scribūt: simpliciter ualde: & iconsiderate q; i auū genere ratiocinatioē illa fallunt: q; raro coruorum coitus cernat: rostrorum: cōiunctio saepenumero quā oibus id genus aubus solida est: qd in monedulis: manus alitus planū est. Genus ēt columbinū hoc idem facit. Vege hāc quoniam coire quoq; uisunt ea fama caruerit: coruinū genus libidinosum nō ē: quippe quod pāce secundum sit. Coire tamen id quoq; uisum est: sed enim non cogitasse quēadmodū semen ad uulua deueniat p; uentriculū qui semper quod ingestū est cum concoquat ut patet in cibo perficiendo absurdum omnino est: uulua autē id quoq; auium: genus & oua habere cernitur iuxta fæcum. Mustelam etiam modo ceterarum quadrupedum uulua habet certum est: ex qua quāna pācto factus ad os deueniat: fed quia mustela paruos admodū parit: ut & ceteræ fidipes de quibus postea dicemus & sāpē catulos suos ore suscep̄tos transfert: fecit ut ita opinareñ quinetia de throco & hyena stulte magnog; errore narrat: hyenam enim complures aiunt: throcum. Herodotus heracleota scribit duplex genitale habere ac sc̄ominæ: & throcam seipsum inire: hyenam inire & iniri anis alternis sed uisa est hyena mas & altera sc̄ominæ fū discriminē genitalis: locis enim nonnullis penuria huius cōspectus nō est: ueg: hyena tā mares q; sc̄ominæ habet sub cauda linea quandā simile genitali sc̄ominæ no quāq; nota quāuis cōmuniſ sit tamen i maribus potius cernit quā mares q; sc̄ominæ magis capiuntur. Itaq; qui rē parū diligenter considerant in hac aberranti opinionē: sed de his satis.

Quare cartilaginei pisces mares semen spargere non uisuntur: nec sc̄ominæ suos conceputus.

CAP. VII.

**D**e piscium generatione quāres quam ob causam cartilagineorum nec sc̄ominæ suos conceputus neḡ mares suū femē spargere uisuntur: cū generis non uiupari & sc̄ominæ oua & mares semen spargere soleant: caufa uero est p; genus cartilagineum semine minime abundat uulua etiam sc̄ominæ ad septum positas continent: & que enim mares a maribus & sc̄ominæ a sc̄ominis differunt: sunt enim cartilaginei minus copiosi genitura. At uero mas ouipari generis: ut sc̄omina oua p̄ multitudine reponit sic ipse spargit: plus enim seminis habet quā satis ad coitū sit: tenet enim natura potius absumere semen id ad augenda oua deposita quā ad primā constitutionē: nam ut & ante & modo diximus oua auū intus perficiuntur: piscium extra similis enim quodāmodo gene ratio atq; in uermiparis est: qg imperfectiorem aduentū conceptum: quā uermen pariunt. Sed utrūq; tā auium quā piscium ouis perfectionē mas adhibet. Verum auium intus cum intus perficiantur: pisiū extra: cum hāc imperfecta aduantur: nam alias idem utrūq; contingit. Auium igitur subuentanea: foecunda redditur: & quā concepta maris diuersi coitu sunt naturam in eū qui post coiterit: mutant p̄ pria etiam quā incremento carent: cum coitus intermissus est: celeriter accrescunt. Cum repetitur coitus: non tamen quoquis tempore: sed si prius quā albumen fecerni incipiat. At pisiū ouis nihil tale p̄ scriptum est: sed ut seruentur quāprimum mares aspergunt: cuius rei causa est: q; hāc bicolora non sunt hinc enim tēpus his tale statū non est. At in auium genere ratione sic evenit: cum. n. luteum & candide distincta inter se sunt: principiū iam habetur: quod proficiscitur a mare. Istu enim mas confert: Subuentanea igitur recipiunt generationē quoad fieri pōt: pisiū nāq; ad animalis usq; foecunditatē impossibile est: sensibus enim opū ē. At uetegalem anima virtutē optimē & sc̄ominæ: & oia quā uiuūt: ut sapient dicitū est: quāobrē hoc ouū ut plantæ conceptus p̄fectus est: ut animalis imperfectus. Quod si mas i eoq; genere deesset: idem sane fieret quod i pisiū genere si tale genus in his ē: quod sine mare pro generet. Dixi de his ante nondum exploratū haberit satis: nunc uero in omni auū genere: alteq; mas alerum sc̄ominæ ē: itaq; fit ut qua plantæ ē: pficiat quod non m̄tēf a coitu: quā nō planta: nō pficiat nec aliud quicq; proueniat ex eo quod genuit: neḡ. n. ut plāte simpliciter: neḡ ut aialis p̄ coitū prouētus est. Quā autē oua coitu concepta discreta iam sunt in albuminis portionē: hāc pro eo qui primū coiuerit mare euadunt: iam enim utrūq; principiū optinent.

De partu mollium animalium & ortu locustag: CAP. VIII.

**M**ollium etiam partus similis est: ut sapient ceterorumq; id genus atq; etiam crustatorum: locustæ & reliquorum generis eiusdem parūt enim ea quoq; per coitum: & quidē sāpē mas coniunctus cum sc̄ominæ uulua est. Quāobrem hīc etiam historice nequaquam dicere illi uidetur: qui pisces omnes sc̄ominas ētē autumant: nec per coitum parere: hac enim oritur p̄ coitum arbitrii: illa non mirum est: aut si hāc ita parere illos latuit: iditum iperitiae est: diutius hāc q; cetera coeunt more insectorum ratione: sunt enim exanguia & ob eam rem: frigida natura sapientis & lolliginibus oua gemina apparēt: quoniam uulua earum ita articulata est: ut bifida cernatur. At polipo

rum ouum simplex est causæ est forma eorum uteri quæ specie rotunda congregata est:fissio eni eius iam repleri incertæ est.Locustarum etiam uulua bifurcis est:conceptum hæc quoq; omnia imperfectū eadē de causa ædūt locustæ generis foeminae apud se partum exponūt quāobrē ampliores ipsæ q; ma res habet tabellas:ut oua seruenf mollia foris reponūt:foeminis huius generis mares aspergunt quomo do ouis mares in genere piscium:reddūturq; oua eog; glutin cohaerentia ad specie uee.A locustaceis tale quid fieri:nec uisum est:neq; ratione exiguit:coceptus eni eorū sub foemina continet:& crusta ite estus est.Incremētum tā eorū quā molliu oua foris recipiūt sicut pisciū:adhaeret ouo sæpia nascēs parte sui priore hac enim tantū pōt adhaerere:cū haec una partem posteriorē & priorē eodem habeat.Quæ nam situs dispositio sit eius cū oris:petedū ex historiis ē:de ortu cæterorū animalium:tum pedestri um:tum uolatilium:tum ēt natatilium diximus,

De triplici insectorum generatione:

**A**E insectis atq; crustatis hoc loco dicendum est uia & ratione quam cepimus. At primū de insectis:haec partim coitu:partim sponte oriri dictum iam ē:item uermiculum ea parere:& quan ob causam ita partunt:genus hoc enim omne sive uermiculum quodammodo parere uidetur:conceptus enim qui imperfectior est:talis est:in omnibus autem uel iis quæ perfe ctum parunt ouum:conceptus primus indiscretus adhuc recipit incrementum:qualis natura etiā ter mis est:mox alia conceptum suum ouo perfecto æduint alia imperfecto:quod extra percipiatur:ut sæpe de pescibus dictum est.Que aero intra le pariuit animal:iis quodammodo post primū coceptum ouiforme quiddam efficitur:humor enim in membrana tenui continetur:perinde quasi oui testam detra xeris:quamobrem depravationes conceptu:quæ per id téporis accident: fluxus uocat. Sed insecta & uermi generant quæ uim optinent generandi:& quæ non per coitum:sed sponte naturæ oriuntur:ex tali origine consistunt:nam & erucas genus esse uermis censendum est:& foetum araneorum quāquā propter figuræ orbiculatam speciem similia ouo:tum eorum nōnulla:tum alia complura primordia ē:uideantur:uerum non figura:neq; mollitie:aut duritie ouum definiēdum ē.Sunt n.conceptus non nullorum duri:quāuis ouo diuerfi:sed quod totum mutetur nec ex parte eius animal dignatur:id ter mis est:omne aut hoc uermiculi genus ubi suæ magnitudinis finē rceperit:quasi ouum efficitur:indu recit enim putam eorum:& tantisper immota redduntur:quod in uermiculis apum & uespas ē:atq; etiam in erucis apertum est.Cuius rei causa est:q; natura præ sua imperfectione quasi maturans antez quā tempestiuū sit ouum pariat:tanguā hic uermis ad incrementum oui mollis adhuc pergit:hoc eodem modo in cæteris quoq; euenit oībus quæ non coitu oriūt:uel in lanis:uel aliis huiuscemodi atq; ēt in aq;. Omnia:post termis naturā motu cessant & putamine obarefcūt:mox rupto putamie exit ueluti ex ouo animal tertia perfectum generatione :idque pennatum magna ex parte.Ratione illud etiam euenit quod iure multi admirentur.Eruce enim cum primo capiant cibum: mox non capiunt:sed motu cessant:quæ per id tempus aureliae a nonnullis uocantur:uesparum etiam uermiculis & apum idem accidit:post deinde quæ nymphæ appellantur proueniunt:quæ nihil huiuscemodi habeant.Ouorum enim natura adepta suum finem non insuper accrescit:sed ante augetur: & aliter donec distinguatur & fiat ouum perfectum:uermium autem alii hoc intra se habent unde excrementum ipsiis nurriendis accedit:ut uermes apum & uesparum:alii de foris capiunt:ut eruce & cæterorum non nulli uermium.Sed quāobrem triplicem generationem haec fortiantur : & qua de causa ex moris immota reddantur explicatum iam est.Oriunt eorum alia p coitum more auium & uiuiparoz & pesciū partis plurimæ alia sponte modo nonnullarum plantarum.

De generatione & ortu apum.

**A**Pium generatio magnam recepit ambiguitatem:& questionem:cum enim in genere pesciū talis quedam sit generatio nōnullog:ut sine coitu generent:hoc idem in apibus etiam eue nire uidetur quoad sensus rotiog apprens admoneat aut enim aliunde portate foetum eas necesse est ut quidā uolunt:euimq; uel sponte nascentem uel ab aliquo animali æditū aut ipsas generant:aut partim portare:partim generare:nam id quoq; aliqui dicunt:fucorūq; foetū tantum portari opinantur.Item generare ē aut p coitu aut sine coitu:& per coitū generare: aut singula genera per se aut quodlibet unum cætera aut aliud cum alio iunctum:uerbi gratia apes ex apibus coeuntibus inter se gigni:fucos & fucus reges ex regibus:aut cætera omnia ex uno:ut ex iis q reges ac duces uocātur. Aut ex lucis & apibus:sunt enim qui fucus mares ē:apes foemina arbitrent:ali cōtra apes mares esse: fucus foeminas opinantur.Quæ oīa impossibilita sunt ratiocinanti:partim ex iis quæ apibus priuatiū eueniāt:partim ex iis quæ cū cæteris sint animalibus cōmuniōra . Nam si non ipse partant sed aliunde portant foeturam oriri apes oportet:ēt fine illa opera apū scilicet:eo loco de quo semen portetur cur.n. translato semine oriantur:manente suo loco non oriantur: prorsus oriri nihilominus conuenit: siue sponte i floribus semen id nascitur:siue ab aliquo æditur animali q; non apes sed illud aīal gigni opor tebit:quod semen generet ad hæc mel portari ab apibus rationis est.Cibus est enim:at foetus alienige nam de ferre absurde credideris:nam cuius rei gratia quæso:quando oīs labor q prolis cā suscipitur:in ea quæ propria esse uidetur prole uerfatur:nec uero apes foeminas ē:fucos mares ratio patitur.Arma enim ad pugnam uiresq; exercendas nulli foeminae a natura tribuuntur.Sunt autē fuci inermes:carent enim aculeo.Apes omnes aculeo armantur:nec contra dici ratione pbabilis potest apes esse mares:fucos foeminas:mas enim nullus solet i prole elaborare:quod apes faciunt omnino cū foetus fucorum gigni

## DE GENERATIONE ANIMALIVM

videatur:etiam cum nullus est fucus:apum autem nō gigni sine regibꝫ:& quidem ob eā rem foetus  
fucorum tantū portari aliqui putant. Constant non per coitū gigni uel ex alterutro genere secū coeun-  
te:uel ex apibus & fucis:portari etiam foetum fucorum tantū cūm ī impossibile sit ob ea quæ modo di-  
ximus:cum ratio aspernatur ut in genere toto earum talis affectio non eueniat. Quoniam etiam fieri nō  
pōt:ut ipse apes partim mares.partim foeminae sint.In omnibus enim generibus mas a foemina differt:  
generarent etiam se ipse. At nullus earum cernitur foetus nisi duces afflīti ut aiunt. Commune autē ar-  
gumentum tam ad agendam uicissim generationē q̄ ad eam quā fuci efficiant:& siue seorsum siue pro-  
missuē agi dicitur:quod nullum eorum coire unquā uīsum elt. At lāpenumero eueniunt:ut coitus cer-  
neretur. Si alterum mas alterum foemina in iis esset.Reliquum est ut si per coitum oriantur reges coe-  
untes inter se generarent:fuci oriri uisuntur:etiam cum nulli sunt duces quorum foetum nec portare  
negā parere apes suo coitu possunt.Relinquiū itaq; ut quod in piscibus eueniē uidemus apes sine coitu  
fucos generent & foeminae sint qua generant ratione:sed habeat ita se ut plantae sexū maris & foeminae  
quādōbre iis datum est instrumentum ad pugnam:neq; foemina appellandū ē in quo mas distinctus nō  
est:quod si in fucis id eueniē uidetur:ortuꝫ eorum existit sine coitu.Iam & apibus & regibus eādem  
seruari rationē necesse est:ut sine coitu procreerūt.Cārē si sine regibꝫ gigni foetus apū uidere:apes  
et sine coitu ex se generari necesse ē:et sed cum hoc negēt qui in eorum animaliū cura uersant:relinqui-  
tur:ut reges & se generent:& apes itaq; cū singulari quādā peculiari q̄ natura genus sit apū:ortuꝫ quoq;  
earum peculiaria merito et p̄cipit:nam ut apes sine coitu generent minus propriū ē:cum idē uel alia  
eueniāt alia:ne idē procreerūt genus propriū ē:rubri,n. generator rubros:& hiatalē hiatalas:causa ē  
q; ipse generant non ut muscæ:& reliqua id genus alia:fed ex diuerso:tame cognato genere prodeūt:  
ex ducibꝫ,n.oriunt quādōbre p̄portio quodāmodo in eoz generatione seruantur:duces,n. magnitudi-  
ne fucis aculeo apibus similes sunt. Apes igitur aculeo regibus assimilant:fuci magnitudine:aliquid,n.  
discriminis inesse necesse ē:nisi semp genus ex quo quis idē gigni necesse sit:quod ī impossibile ē:ita,n. ge-  
nus totum duces ē:nt:apes itaque uiribus & pariēdi facultate similes ducibus sunt:fuci magnitudine  
emulantur:quod si aculeum quoq; haberēt:duces utiq; ē:nt:sed nūc id ipsum ex proposita quāstione  
refut & solutum iam ē:que,n.superius diēta sunt rotata hanc soluūt quāstionē:duces enim idē simi-  
les sunt generi utrigi:qua enim aculeum gerunt:apibus:qua magnitudine pr̄stant:fuci assimilantur  
Sed duces et ipsos ex aliquo gigni necesse est. Itaq; cum nec ex apibus neḡ ex fuci crētūr ipsos se erit  
generare necesse est. Cellulae eorum nouissime construuntur:neq; multæ numero:itaq; eueniit ut duces  
generent & se ipsos:& aliud genus quod apum est. Apes aliud generant idē fucos:ipsi uero fuci non ē  
super generēt:fed hoc ipsi priuēt. Cum enim semp quod secundum naturam ē:ordinē habeat. Ideo  
fucos ea quoque facultate priuari ut aliud generent necesse est:& quidem ita hoc eueniē uidemus:ipsi  
enim generant nihil uero aliud generant:fed in ternario numero finē generatio recipit:atq; adeo bene  
institutum est a natura:ut semper hæc genera seruantur:& nullum deficit q̄q; nō omnia generant. Ra-  
tiōe illud etiam eueniit:ut annis prosperis copia mellis proueniat & fucorum:hymbribus uero crebris  
foetus omnino supererit:humor enim facit plus excrementa in corporibus ducum . Annū uero tempore  
ries facit hoc:idem in apibus:cum enim corpore sint minore tempeſ magis desiderant. Reclit etiam  
reges intus manent immunes omni negotio necessario:quasi nati ad sobolis procreationem:magnitu-  
dine item pr̄stant:quasi ad prolem generandam corpus eorum fit institutum:conuenit & fucos ocio-  
uos inertesq; esse cum nulla habeant arma cibō possint dimicare. Cung; pigritia tarditateq;  
corporis degenerant apes medium inter reges & fucos tenēt:ita enim utiles ad negotia officioſeq; ope-  
rarie esse possunt:utq; & filios alant & parentes:quin & sequi suos reges:ut faciunt:consentaneum est  
rationi qua generatione apum a regibus proficiē statuimus:nam nisi tale quid esset ratione carerent:  
ea quæ aguntur in earum imperio:atq; etiam regibus concedere nihil laboris suscipere ut parentibus:  
fucos uero castigare ut filios:justius enim filii castigantur:& quorum negocium nullum elt:apes autē  
multas a ducibus ipsi paucis generari simile uidetur. Leonum generationi: qui cum primum quinq;  
numero genuerint mox pauciores generant:postremo unum: tum deinde nullum :nam &. Apum  
duces primum multitudinem generant:mox sēcē paucos atque illarum foetum minorem:uum uero  
auftiorē:quod enim eorum numero natura adēpērat id magnitudini addidit . Generatio apud ita  
se habere uidetur:utum ratione:utum etiam iis quæ in earū genere eueniē uisuntur:non tamen satis ad/  
huc explorata quæ eueniāt habemus:quod si quando satis cognita habebunt: tunc sensuꝫ magis erit  
quam rationi credendum. Rationi etiam fides adhibenda est:si quæ demonstrantur conuenient cum  
iis quæ sensu percipiuntur rebus. Apes sine coitu generare argumento illud etimē est:q; foetus exiguis  
admodum in cellulis faui cernitur:cum infecta quæ per coitum oriantur coeant diu:pariant breui ma-  
gnitudine ad speciem uermis. Quod ad generationem cognatorum iis animalium pertinet: ut crabro/  
num uesperumq; similis quodāmodo ratio est.Sed desuit his locuples naturæ dotatio merito: nihil  
enim ut apum genus habent diuinitatis:generant quippe matrices uocatae primoſq; fauos consingunt  
generatione uero coeundo inter se funguntur:uisus est enim saepē eorum coitus:sed quot nam differē-  
tis hæc genera aut inter se diffideant:aut cum apibus petendum est ex iis quæ per historias explicau-  
mus. Atq; de generatione infectorum oiuim diūtū iam est.

De generatione & ortu testatorum animalium quomodoq; nōnulla plantæ generationi  
contigua sint:deḡ testatorū incremēto.

CAP. XI

**S**equitur ut de testatis differamus. Generatio eorum quoq; partim similis partim diffisi, lis cæteris ē. Idq; euenit ratione; quippe cum animalium comparatione plantis; planarum animalibus assimilantur: ita ut semini gigni quodāmodo uelut animalia uideantur. At alio modo non semine: & tum sponte: tum ex se: aut alia sponte: alia ex se oriri. Sed quoniam natum proportione plantis respondet hoc genus habeat: hinc testa integrum aut nullum in terra gignitur: aut parum quale genus limacum est: & si quid eiusmodi aliud sit: sed rarus. At in mari simili: humore multa & varia gignuntur: genus planarum contra mari locisq; huiuscmodi parvū: & nulum fere: in terra autem hac omnia oriuntur: habent enim naturam proportionalem atq; difiunctam sed quanto uitalius humidum. quam siccum: & aqua quam terra ē: tanto natura testatorum quā planarum uiuacior ē: nam alias eo quidem spectat: ut sicut plantæ ad terram sic testata ad humorum se habent: quasi plantæ: ostrea terrena: ostrea plantæ aquatiles sint. Hinc etiā sit ut multiformiora sint: quæ in humore gignuntur: quam quæ in terra: humor enim naturā habet ad effingendum afformandūq; habiliorem quam terra: nec multo minus corpulentam eam quæ potissimum in mari habentur: humor enim potulentus dulcis quidē alīnusq; est. Sed tum minus corpulentus: tum frigidus ē: quāb̄rē quæ sanguine carēt: nec natura calida sunt: ea nasci in lacu nō possunt: minus etiam in fassis aquis: quæ fint potuentiores gignuntur: ut testata ut mollia ut crustata: hæc enim omnia sanguine vacant: & natura frigida sunt: sed stagnis marinis & iuxta amnium ostia gigni solent: quærunt enim una temorem & alimentum: mare autem humidum multoq; corpulentius aqua potuenter est: atq; etiam sua natura calidum est: ut particeps omnium partium sit: uidelicet humoris aeris terræ itaq; omnia adipiscunt quæ singulis his locis gignuntur: plantas enim terræ incolas quispiam ē: statuerit: Aquæ aquatilæ animalium genus aeris pedefre: sed q; magis minusfie & remotius aut proprius res cōstet: magna miraq; differētia existit. Quartum genus nō his locis quārēdūm est: quāquā aliquid esse exigit ordī ignis: id enim quartum corpus enumeratur: uerum ignis semper formā non propriā habere uiderit: sed i alio corpore: aut enim aer aut fumus aut terra esse uiderit quod ignitum est: sed enim genus hoc apud lumen quārēdūm est: hæc n. quartam illam distantiā adipisci uide: sed de his alias. Natura testati generis cōsūlit: partim spōte: parti aliquia ab ipsis emissā facultate: q; spōtina oriantur cōstitutione. Sed generationes plātage accepisse hoc loco cōgruit: orianf. neaq; alia semine: alia auctiōne: nōnulli et sbole ut capē: hoc igitur tertio mō mitili gignunt: quippe qui minores subide iuxta principiū adnascunt: buccina & purpura & q; fauare dicūt: q; fauaria seminali natura humores quodā mucosū emittunt: semē uero nullū ē reputādū ē: sed quo diximus mō plātis assimilat: q; obrē larga eorum copia prouenit. Cum primū constiterit aliquid: hæc enim omnia uel spōte ut orianf. euenit itaq; ratione tunc magis: cum origo p̄aceferit: consistunt aliquid enim exremēti singulis proficiē credēdū merito est ab eo principio cui sboleas quæg; adnascit. Sed cum similem habent faculatē cibis excrementumq; eibi: fauanti substantiam simile esse cōstitutioni primæ consentaneum est: q; propter excremento hoc gigni probabile est. Quæ autē uel sboleum nullam: procreant: uel non fauant: eorum omnium ortus spontinus est: oīa uero quæ hoc modo consistunt: aut in terra: aut i aqua cū putredine gigni uisunt: & hymbre admisso. Cum enim dulce in principiū constitūdū fecernit: quod superēst talem accipit formā nihil autem gignit: p̄tretens sed cōcōlūm: putredo uero & putridum exremētū rei concocte est: nihil enim ex toto efficitur: quomodo negi in iis quæ ab arte conduntur. Nam nisi ita esset: facere non requiretur. Sed quantum inutile est: id aut a natura aut ab arte detrahit. Generatur autē in terra humoreq; animalia & plantæ: quoniam humor in terra: spiritus in humore: calor aialis in uniuerso inest: ita ut quodāmodo plena sint animæ omnia. Quāb̄rem consistunt celeriter: cū calor ille comprehensus siue exceptus est: compræhēdit autem & humoribus corporis incalecentibus efficit: uelut bulla spongia: sed differentia nobilioris ignobilioris generis constituendi in compræhensione principiū animalis est: huius autē rei causam & loca habent & corpus quod comprehendit. In mari uero multū portiō terrena est: quo circa ex tali cōcretione natura testati generis oris: ita ut pars terrena circiter derūscat: cogaturq; eodē modo quo ossa & cornua. Sūt enim hæc illiquabiliā igne) corporis intus continetur: quod uitam optinet: unum ex his genus cochlearz: coire perspectum ē: sed an ortus earum p̄coitū sit nec ne: nō dum exploratum satis habet. Sed enim quærēt quispiam recte: quid nam in his sit quod secundum materiale principiū consistat: nam i feminis exremētū quoddam animalis hoc est: quod principiū genitale a mare profectum mouens potētia: tale quale id est de quo uenit animal efficit. At in his: quid nam hoc esse: dicendum sit: & unde & quod principiū genitale secundum mare: p̄nēdū igitur i animalibus generatibus calorem in aiali cōtētū: fecernēdo ex cibo ingestō & cōcoquendo facere exremētū: quod conceptus principiū sit: nec secū in plantis nisi q; i iis & quibusdam animalibus nihilo maris principiū defideratur: habēt enim hoc ita se mixtum: ut plurimorum aialium exremētū illo principio agit. Alimentum autem aliis aqua: aliis terra: aliis qd ex iis constet. Itaq; q; calor in animalibus contentus ex alimento efficit: hoc temporis calor in aere abiens te contētus: ex mari aut terra concernit cōcoquens atq; constituit. Quod autē compræhēdit exceptū in spiritu animali: id conceptum facit motumq; iponit. Constitutio igitur plantarum: quæ sponte oriuntur similis ē: quadam enim ex parte contrahitur: & alterum eius partis principiū genitale: alterum alimētū fit: primū iis quæ orūt. At uero animalia quædā uerme nascuntur. Tum exangua quæ non ab animalibus gignuntur: tum etiam sanguinea: ut mugilū genus quoddam: & aliorum fluiatū

## DE GENERATIONE ANIMALIVM

lum piscium: ad hæc anguillarum genus: hæc enim: omnia quanvis naturam parum sanguineam habent: tamen sanguinea sunt: & cor optinent: quod principium sanguinarium corporis est. Quæ autem intestina terræ uocantur: uermis habent naturam: in quibus corpus anguillarum consistit: quæ obrem de prima hominum atque quadrupedum generatione: si quædo primū terrigenæ oriebantur: ut aliqui dicunt: non temere existimaueris: altero de duobus his modo oriiri: aut enim ex uerme constituto primum: aut ex ouo. Quippe cum aut intra se habeat cibum ad incrementum necessè sit: qui quidem conceptus uermis est: aut aliunde accipere: idque aut ex parente aut ex parte conceptus. Itaque si alterum fieri non potest: ut affluat ex terra quomodo cæteris animalibus ex parem relinquitur necessario: ut ex parte conceptus accipiatur. Talem generationem esse ex ouo aut uerme fatetur: ergo si initium ullum generationis omnium animalium fuit alterutrum de his suis probabile esse apertum est: sed minus rationis est: ut ex ouo prodierit: nullius enim generationem animalem talem uidemus: sed alteram tum sanguineorum quæ diximus: tum exâguum qualia sunt isectorum nonnulla & ea quæ testa operiuntur de quibus agitur: non enim ex parte aliqua oriuntur ut ea quæ ouo nascuntur. Incrementum etiam similiter ut uermes capessunt: uermes enim augmentur in partem superiore & qua principium continetur alimentum enim superioris ab inferioribus ministratur: atque id quidem communem cum iis quæ ex ouo proueniunt habetur: sed illa totam materiam absument. In iis vero quæ ex uerme gignuntur: cum ex constitutione in parte inferiore contenta pars superior creuerit: mox ex reliquo alimento inferior articulatur: cuius rei causa est quod cibus postea quoque in parte septo subiecta conficitur omnibus incrementum autem hoc modo fieri uermium apertum in apibus cæterisque similibus est: principio enim partem inferiorem magnam: superiore habent minorem. Idem augelescendi modus in testis etiam est. Quod & ipsum constat in genere turbinato scilicet anfractibus eius: qui sub inde accrescent: plures efficiuntur in partem priorem quod caput uocatur: dixi fere quemadmodum generatione: tum eorum: tum cæterorum sponte orientum agitur: omne autem genus testatum sponte instituti apertum hic est: quod nauigis putrescente face spumosa adnascuntur: & locis multis ubi nihil tale aderat ante post inopiam humoris facto cæno ostreae prouenerunt: ut apud rhodium insulam: cum classis applicuisset & fictilia proiecta essent in mare: tempore post cæno obducto testis ostreæ in iis repeterentur. Nihil autem partis genitalis emitit ab iis argumentum est: quod cum chii quidam ex pirra lefbi insula ostreas uiuas portassent: & in loca quedam maris reciprocis æstus & euripo similia dimisissent: plures nihil fuere temporis spatio: quâquam incremento corporis plurimum profererent. Quæ autem oua appellantur: nihil ad generationem conferunt: sed inditio sunt nutricionis melioris: quale in sanguineis pingue est: quâobrem sapores per id tēpus præstant cibosque laudantur: argumento quod & pinnæ & buccina & purpure continent quidem tempore ouum illud uocatum sed alias maius: alias mihi: sunt et quæ non semper sed uere id habeant: mox enim tēpus procedente minuitur deminuit totum abeunt ut pectines: mitili ostreæ. Tēpus hoc enim prodit eorum corporibus: aliis nihil tale aperte uenit ut callis. Sed singula eorum & quibusdam orientur locis petere ex historia debes.

### ARISTOTELIS STRAGIRITAE DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER QAVR TVS INTERPRETE THEODORO.

Democritum Empedoclem & nonnollos alios non recte de maris & foeminae generatione sensisse.  
CAP. I.

**D**E GENERATIONE Animaliū omnīū: tum uniuersim: tum singulatim dictū iam est. Sed cum in eorum perfectissimis mas & foenia distincte habeantur: easque facultates omnium animalium & plantarum esse principia fateamur quæ in aliis indiscretas: disserendum hic est: primo de eorum ipsorum generatione: imperfectis enim adhuc suo in genere distinguuntur sexus maris & foeminae. Sed utrum prius etiam quæ hæc differentia sensu nostro percipi possit alterum mas alterum foenia sit discrimen factio in utero. An post ambiguitur. Alii enim protinus in feminis hanc esse contrarietatem aiunt: ut Anaxagoras: & alii naturales auctores etenim semeum gigni ex mare: foemina autem locum præbere: mare a parte dextræ foemina sinistra profici & uteri latere dextro mare contineri foemina sinistro. Alii uero id ascribunt ut empedocles. Quæ enim uterum subierint calidū: hæc effici mares arbitratur: quæ frigidum foeminas: caliditatis uero frigiditatis causam esse cōfluuium mestruorum. Quod frigidius uel calidum sit & aut antiquius: aut recentius: democritus abderites differentiam maris ac foeminae fieri quidem in matre ait: sed non caliditate frigiditate ut alterum effici mare alterum foeminam: sed utrum tandem semeum euicerit: quod ab ea produxit parte quæ mas & foenia inter se differunt: hoc enim empedocles profecto negligenter opinatus est: ut caliditate frigiditateque tantum differre haec inter se existimaret: cum partes ipsas genitales: & uterum magnam habere differentiam cerneret: nam si postea quæ forma sunt animalia alterum partibus foeminae omnibus: alterum maris constitutum: mox in utero tanq; fornacæ ponantur: quod uterum habet in calido: quod non habet in frigido: erit foemina quod utero caret: mas quod uterum haberet: quæ res impossibilis est: itaque catenus quidem melius a democrito dicis. Quærerit in ille differentia huius generationis & reddere conatur: sed an bene necne id alio pertinet tu et si

